BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I – 134

Buenaventura, San. Opuscula. Brixiae. 31 diciembre 1497.

tas nobilissimas ꝯditiones. videlicet vnitatē simplicitatem: ⁊ ceteras sequētes: necesse est omnes p̄dictas nobilitates diuini esse: simul stare cū beatissima trinitate.

Capitulū iij.

¶ De istius fidei intelligentia sana.

a Ꝺ istius aūt fidei intelligentiā sanā docet doctrina sacra ꝙ in diuinis sunt due emanationes: tres hypostases. quattuor relationes: quinq; notōes: ⁊ ex his tm̄ tres ꝓprietates ꝑsonales. Rō autem ad p̄dictoꝝ intelligentiā hec est. quia cū primū ⁊ summū p̄ncipiū hocip̄o ꝙ p̄mū sit simplicissimū. hocip̄o ꝙ summū sit ꝑfectissimū. ideo ꝑfectissime se ꝯmunicat. ꝙ perfectissimū: ⁊ indiuisionē oīmodam seruat hoc ipso ꝙ simplicissimum. ⁊ ideo salua vnitate nature sunt ibi emanādi perfecti. Modi autem emanandi perfecti sunt duo tantum. scz per modū nature ⁊ per modū voluntatis. Primus est generatio. scd̄us spiratio siue ꝓcessio. ⁊ ideo hi sunt ibi. Et ꝙ duabus emanationibus substātificis necesse est emanare duas hypostases necesse est etiam ponere hypostasim primo ꝓducentē ab alio non emanare: ne sit in infinitū abire. ⁊ iō sunt ibi tres hypostases. Et ꝙ cuilibet emanatiōi respondet duplex habitudo relatiua. ideo sunt ibi quattuor relatōes. s. paternitas. filiatio: spiratio: ⁊ ꝓcessio. Et ꝙ ꝑ has habitudines innotescunt nobis diuine hypostases. ⁊ preter hoc etiā hypostasis illa in qua est prima rō principiandi innotescit nobis: ꝙ nō ꝓducit. nā hoc est nobilitatis in ipsa. iōq; sunt qnq; notōes. s. quattuor relationes predicte cū innascibilitate. Et ꝙ quelibet personaꝝ vnam habet ꝓprietatē. ꝑ quā principaliter innotescit. iō tm̄ tres sunt ꝓprietates personales q̄ his noībus exprimunt̄ ꝓprie ⁊ prinpaliter. s. pater ⁊ filius ⁊ sp̄ūssctūs. Cū enim ꝓprium sit patris esse innascibilē siue ingenitū: eē p̄ncipiū nō de principio: ⁊ esse p̄rem. innascibilitas notificat ip̄m per modū negatōis. licet ex ꝯsequēti ꝑ modū positiōis. ꝙ innascibilitas in patre ponit fontalē plenitudinē. principium nō de principio. per modū positōnis cū negatione: esse patrē per modū positōnis ⁊ habitudinis: ꝓprie cōplete ⁊ determinate. Silr̄ cū filius sit imago. v̄bū ⁊ filius: imago noīat illā ꝑsonā vt similitudinem expressam. verbū vt similitudinē expressiuam. filius vt similitudinē hypostaticā. Rursus imago vt similitudinē conformē. verbū vt similitudinē intellectualem. filius vt similitudinem connaturalem. Per hunc modū cum propriū sit sp̄ūssancti esse donū: esse nexum seu charitatem ambroꝝ: esse etiā sp̄m̄sanctū. donum nominat ipsum vt datū voluntariū. charitas siue nexus vt datum volūtarium ⁊ precipuū. sp̄ūssanctus vt datum voluntarium precipuum ⁊ hypostatitum. Hinc est ꝙ per hec tria nomina que sunt: pater ⁊ filius ⁊ sp̄ūssanctꝰ: trium personaꝝ ꝓprietates personales insinuantur. Hec igitur tenenda sunt ad fidei trinitatis intelligentiam sanam.

Capitulū iiij.

¶ De istius fidei expressione catholica.

a Ꝺ istius etiā fidei expressionem catholicam tenendū est ꝑm sacrorum doctorum documenta: ꝙ in diuinis sunt duo modi predicādi. scz per modū substantie ⁊ relationis. tres modi supponendi. scz essentie: ꝑsone: notionis. quattuor modi significandi substantiā. scilicet nomine essentie substantie: persone ⁊ hypostasis. quinq; modi dicendi. s. quis: qui: que: qd̄ ⁊ quid: ⁊ tres modi differēdi. s. ꝑm differentē modū existēdi. ꝑm differentē modū se habēdi. ⁊ ꝑz differentem modū intelligendi. Rō aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec est. quia cum primū principiū sit perfectissimū: simul ⁊ simplicissimum: omnia que perfectionis sunt de ipso dicuntur proprie ⁊ vere. que autem imꝑfectionis sunt aut non dicuntur. aut si dicuntur: ꝑm assumptionē humane nature dicunt̄: vel transsumptiue. Cum igit̄ decem sint p̄dica-

N.º 21547

menta. scilicet substantia. quantitas: relatio: qualitas: actio: passio: vbi: quādo: situs ⁊ habere. quinq; vltima spectant proprie ad corporalia seu mutabilia. ideo non attribuuntur deo nisi transsumptiue modo ⁊ figurative. Alia vero quinq; precedentia deo attribuūtur. ꝑm id completionem dicunt. ita tamē ꝙ diuinam simplicitatē nō impediant. Omnia ergo hec predicta predicamenta sunt idipm quod est illud de quo predicantur. ⁊ ita per comparationē ad subiectum in quo sunt omnia dicuntur transire in substantiam. relatōe tamen excepta. que cum duplicem habeat cōparationem. scilicet ad subiectum in quo: et ad terminum ad quem. primo modo transiune faciat compositōem. sed secōo modo manet vt faciat distinctionem. Et hinc est ꝙ substantia continet vnitatem: ⁊ relatio multiplicat trinitatem. ⁊ ideo manēt ibi hi tantū duo modi predicandi differentes. de quibus talis datur regula. Que dicuntur ꝑm substantiam de omnibus dicuntur ⁊ singulatim: ⁊ simul ⁊ singulariter. Que vero ꝑm relatōez: aut non de omnibus dicuntur. aut si de pluribus pluraliter. vt relati. distincti: similes: eq̄les: propter relatōem intrinsecam. Nomen autem trinitatis comprehendit vtrūq;. Et q̄m plures possunt esse relationes in vna persona. sicut sunt plures persone in vna natura. ideo distinctio in notōs non infert diuersificationem persone: nec distinctio persone pluificatōem nature: ⁊ propterea non quicqd conuenit essentie conuenit notioni vel persone: nec econuerso. ⁊ hinc est ꝙ sunt ibi tres modi supponendi. de quibus talis consuenit dari regula. Supposita essentia non supponitur notio nec persona. ⁊ suppositā notione non supponitur essentia nec persona. ⁊ suppositā persona non supponitur essentia nec notio. sicut patet per exempla. Et quoniā vera distinctio est in suppositis substantie manente essentia vna. ideo necesse est ibi multipliciter significari substantiā. scꝫ ꝯmunicabilem ⁊ incōmunicabilem. Et ꝯmunicabilem per modū abstractionis per nomen essentie: ⁊ per modū concretionis per nomen substātie. Et incōmunicabilē vero vel vt distinguibilem per nomen hypostasis: vel vt distinctam per nomen persone. Vel aliter scz. vel vt distinctam q̄liter cunq; ⁊ sic hypostasis. vel notabiliter ⁊ pfecte: ⁊ sic persona. Exempla hoūm quattuor sunt in creatura. humanitas: homo: aliquis hō: petrus. Primū essentiā. scōm substantiam. tertium hypostasim. quartū personā dicit. Et q; in persona q̄ distinguitur nō solum est considerare eū qui distinguitur: sed illud quo distinguitur. ⁊ hoc est proprietas siue notio. ideo necesse est ꝙ in diuinis sint quinq; modi dicēdi pariter ⁊ querēdi. s. quis rōne persone. qui rōne hypostasis. q; dicit suppositū substantie indistincte. q̄ ratione notionis. quod ratione substātie. qd siue quo ratiōe essentie. Et quoniam omnes hi modi in vnitate essentie radicant. q; quic quid est in deo est ipse deus vnus ⁊ solus. ideo nō ponunt ibi differētiam nec ꝑm esse tiam: nec ꝑm esse. ⁊ propterea sunt ibi tantuꝫ tres modi differendi. s. ꝑm modos essendi siue emanandi. sicut differt persona a psona. ꝑm modos se habendi. sicut differt persona ⁊ essentia. quia vna persona ad alteram refertur. ⁊ ideo distinguitur. essentia vero non refertur ad alteram: ⁊ ideo non distinguitur. ꝑm modos etiā intelligendi. sicut differt vna proprietas substātialis ab altera: vt bonitas ⁊ sapientia. Prima differentia est perfectissima ⁊ summa que possit reperiri in diuinis. Est enim in suppositis. ita ꝙ vnum non dicitur de altero. Scōa differētia est minor: quia est in attributis. licet enim vnum possit dici de altero. vt psona de essentia. aliquid tū dicitur de vno qō non de altero. vt persona distinguitur ⁊ refertur: essentia vero nō. Tertia vero differentia minima est. quia est in cōnotatis. licet enim vnū de altero dicaf ad inuicem. ⁊ idem possit dici de vtrūq;. nō tamē idem cōnotatur vtrobiq;. nec ꝙ idem intelligi datur vtrūq;. Ex primo modo differēdi oritur pluralitas ꝑsonaꝝ. ex scōo modo pluralitas ꝑdicationū substātialiuꝫ ⁊ relatiuaꝝ. ex tertio pluralitas ꝓprietatū essentialiū et notionū. siue ab eterno siue ex tpe. siue proprie siue trāsumptiue. siue cōiter siue appropriate. Dictoꝝ exempla manifesta sūt. Dis intellectus daret satis. ⁊ quid sentiendum. ⁊ qualiter loquendum sit de summa trinitate diuinarū personarum.

Capitulū v

¶ De vnitate diuine nature in multiformitate apparitionum.

Secundo aūt de pluralitate appropriatum docet diuina doctrina hoc eē tenendum. Cū deus sit incircūscriptibilis: inuisibilis ⁊ incōmutabil'. nihilominus tū habitat in sanctis viris specialiter apparuit pīarchis ⁊ ꝓphetis. descendit de celis misit etiā filium ⁊ spiritūsanctū ad salutē humani generis. Et licet in deo sint indiuisa natura: virtus: ⁊ operatio trinitatis: missio tū vel apparitio vnius persone non est missio vel apparitio alterius. Licet etiaꝫ sit ibi summa equalitas. soliꝰ tamē est patris mittere ⁊ non mitti. spūssancti est tantūmodo mitti: respectu diuinarum personaꝝ. nisi forte dicatur mittere hominem assumptuꝫ. Filij autem est mittere ⁊ mitti. sicut ex scripturis potest colligi. ¶ Intelligentia autē ⁊ ratio predictoꝝ hec est. Quia licet primū principium sit immensum ⁊ incircūscriptibile. sit incorporeum ⁊ inuisibile. sit eternum ⁊ incommutabile: principiū tamen est rex spūalium ⁊ corporaliū: naturaliū ⁊ gratuitarū. ac per hoc rex etiā mutabiliū: sensibiliū ⁊ circumscriptaꝝ. ꝑ quas licet ipse sit immutabilis: insensibilis: incircūscriptibilis. seipm reddit manifestū ⁊ notū. Reddit aūt se manifestum ⁊ notum generaliter: per vniuersitatē suoꝝ effectuū ab ipso emanantiū. in quibus dicit esse per essentiam: potentiam ⁊ presentiam. qb se extēdit ad omnia creata. Reddit etiā se specialiter notum per aliquos effectus q; in ipsum specialiter ducunt rōne quoꝝ dicit habitare: apparere: descendere: mitti ⁊ mittere. Habitare nāq; dicit effectū spūalez cuz acceptatione: sicut est effectus gratie gratuz facientis. que est deiformis ⁊ in deū reducit ⁊ deum facit nos habere: ⁊ haberi a nobis. ac per hoc ⁊ inhabitare in nobis. Et q; gratie effectus cōmunis est oībus personis. iō vna persona nō habitat sine alia. imo simul tota trinitas. Apparere vero dicit effectum sensibilem: cui expressa significatiōe: sicut spiritussanctus apparuit i colūba. Et qm̄ sicut persone diuine distincte sunt: sic distincte significari possunt: ⁊ signis ⁊ noīb⁹. iō quelibet persona pōt per se apparere. ⁊ apparitio pōt oībus competere: siue insimul: siue cuilibet persone per se. Unde ꝙ spūssanct⁹ dicitur in linguis igneis ⁊ colūba apparuisse: hoc non est ꝓpter nouū vinculū vel effectum specialem. sed ꝓpter vnionem que est inter signū ⁊ signatū sibi specialiter ⁊ modo ⁊ origine deputatū. Descēdere aūt dicit vtrū ⁊ origine deputatū. Descēdere aūt dicit vtrū libet effectuū predictoꝝ cū inchoatiōe. deus enim beatissimis angelis semp est presens i celis. ꝙ in eis semp habitat ⁊ apparet. Hec cato: ibus aūt i terris est modo vt absēno. ⁊ quantū ad gratiā: ⁊ quantū ad noticiā. ideo cum incipit apparere vel inhabitare: de presente celis: ⁊ quasi absente nobis. fit presens terris. ⁊ ideo licet in se non mutetur. tamen dicitur descendere nobis. Missi vero dicit effectus predictos cum eterna productione. Tunc enim pater mittit filiū: cum faciendo eum nobis presentē per noticiam vel gratiā insinuat ꝙ ab ipso ꝓcedit. Et q; pater a nullo ꝓcedit: ideo nullꝰ dicitur mitti. Quia vero filius ⁊ ꝓducitur. ideo mittit ⁊ mittitur. Quia vero spūssanctus eternaliter producitur sed non producit nisi ex tempore. ideo ipsius est ꝓprie mitti ⁊ non mittere nisi respectu creature. Ex quo apparet ꝙ

bec sunt improprie ⁊ exponende: spūssanctus mittit se. spūssanctus mittit filiū: filius mittit scīpm: nisi intelligat inquantū est de virgine natus. Patet etiaz quare mittere ⁊ mittī nō competit oibus. qz licet dicat effectū in creatura: dicit tamē relationē intrinsecam. ita qz mittere dicit auctoritatē: mitti subauctoritate rōne pductionis eterne interius ipotate.

Capitulū vi.

¶ De vnitate diuine nature in multiplicitate appropriatorum.

Ertio vero de pluralitate appropriatoz hoc docet sacra scriptura esse tenendum. qz licet oīa essentialia oībus plonis equaliter ⁊ indifferenter cōueniant. ītī patri dicīf appropriari vnitas: filio veritas. spūssancto bonitas. Et iuxta hāc sumīf secunda appropriatio hilarij. s. eternitas in patre. spēs in imagine: ⁊ vsus in munere. Et iuxta hanc sumitur tertia. s. in patre ratio principiandi. in filio ratio exemplandi. in spūsancto ratio finiendi. Et iuxta hanc sumitur. quarta. s. omnipotētia patri: omnisciētia filio. voluntas seu beniuolentia spūsancto. Hec autem dicuntur appropriari: nō qz fiant propria. cum semper sint cōmunia: sed quia ducunt ad intelligentiam ⁊ noticiā proprioꝝ. ex trium personaꝝ. ¶ Intelligentia autez ⁊ ratio predictoꝝ hec est. Quia. n. primū principium est nobilissimuz ⁊ perfectissimū. ideo conditiones entis nobilissime ⁊ generalissime in eo reperiūtur in summo. Hec autem sunt vnū verum bonum: que nō contrahunt ens sīm suppositā: sed sīm rationem. Nam vnum nominat ens vt cōmunerale. ⁊ hoc habet per indiuisionem sui in se. verum sīm qz cognoscibile: ⁊ hoc habet per indiuisionem sui a propria specie. bonuz sīm qz cōmunicabile: ⁊ hoc habet per indiuisionez sui a propria operatione. Et quia hec triplex indiuisio se habet sīm ordinem quantū ad rationem intelligendi. ita qz verum presupponit vnum: ⁊ bonum presupponit vez ⁊ vnum. hinc est qz hec attribuuntur primo principio in summo. qz perfecta ⁊ generalia ⁊ appropriantur tribus personis: quia ordinata. ⁊ ideo summe vnum patri qui est origo personaꝝ. summe verum filio qui est a patre vt verbum. summe bonuz spūsancto qui est ab vtroqz vt amor ⁊ donū. Et quia summe vnū: est summe primū. quia caret oī inceptione. ⁊ summe verum est sūme equale ⁊ pulchrum. ⁊ summe bonum est summe vtile ⁊ proficuū. hinc oritur scīa appropriatio hilarij. que est eternitas in patre: quia nō habet principium. sed est oīno parnum. species in imagine. i. in verbo: qz summe pulchrum. vsus in munere. i. in spūsancto: quia summe proficuū ⁊ cōmunicatiuū. Ꝺ per alia verba sic insinuat augustinus. In patre vnitas. in filio equalitas. in spūsancto vnitatis equalitatisqz concordia. Rursus qz summe vnum ⁊ primū tenet rōnem principiandi ⁊ originandi. qz summe pulchrum ⁊ speciosum tenet rōnem exprimēdi ⁊ exemplandi. quia summe proficuū ⁊ bonum tenet rationem finiendi. qz bonum ⁊ finis idez. hinc oritur tertia ratio appropriandi efficientiam patri exemplaritatem filio finalitatem spūsancto. Rursus quia a primo ⁊ summo ꝑncipio fluit omne posse. a primo ⁊ sūmo exēplari fluit omne scire. ⁊ ad summū finez tendit oē velle. ideo necesse est primū eē omnipotentissimū: omnisapientissimū: ⁊ beniuolentissimū. Unitas autem prima ⁊ summa rediens supra seipsam redditione completa ⁊ perfecta est omnipotentissima. sic ⁊ veritas sapientissima: ⁊ bonitas beniuolentissima. ⁊ hec appropriantur: quia ordinem insinuat. Voluntas enim vat pintelligere cognitionem: ⁊ voluntas ⁊ cognitio presupponunt potentiam ⁊ virtutem. qz posse scire est aliquid posse. Ex his apparet que sint appropriata: ⁊ quibus: ⁊ qua de causa. Hec tamē vltima. scz potentia ⁊ sapientia ⁊ voluntas sunt potissime illa. ex quibus in scripturis

laudāf trinitas summa. ⁊ ideo de his aliqd dicendum est breuiter ⁊ summatim.

Capitulū vij.

¶ De omnipotentia dei.

Itur de omnipotentia dei sīm doctrinam sacram hec tenenda sunt. videlicet qz deus est omnipotens. ita tū qz ei non attribuunf actus culpabiles. vpote mentiri ⁊ male velle. nec actus penales: vt metuere ⁊ dolere. nec actus corporales siue materiales: vt dormire ⁊ ambulare. nisi forte transsimptiue. nec actus inconuenientes. vpote facere maiorē se: vel aliuz deū sibi equalem. vel infinitum actu: ⁊ cōsimilia. qz vt dicit Anſ. qōlibet inconueniens etiam mininū apud deū est impossibile. Licet autem hoc non possit: est tamen oīpotēs vere ⁊ ꝓprie ⁊ pfecte. ¶ Intelligentia autez ⁊ ratio predictoꝝ hec est. qz primū principiuz est potens potentia. que est potentia simpliciter: ⁊ ideo distributio addita ei: distribuit ꝓ his que posse est posse simpliciter. Hec aūt sunt que egrediunf a potentia cōpleta ⁊ ordinata. Potentiam aut completā dico que non potest deficere. nec potest succumbere. nec potest indigere. Potentia aūt in peccādo deficit: in patiendo succūbit. in corporalibus actionibus indigentiā includit. Diuina aūt potentia qz est potētia summa ⁊ pfectissima. ideo nec est de nihilo nec est sub aliquoi nec eget aliquo alio. ac per hoc nec culpabilia. nec penalia: nec materialia pōt. ⁊ hoc qz oīpotens est potētia cōpleta. Potentiā autē ordinatā ꝓtingit tripliciter dici. vel sīm actū: vel sīm aptitudinez ex pte creature. vel sīm aptitudiné ex pte solius virtutis increate. Ꝺ possibile est potētie primo mō dicte: est non tm̄ possibile sed etiā actuale. Ꝺ scō nō ⁊ non primo est possibile simpliciter: licet nō actuale. Ꝺ aūt tertio mō: ⁊ non primo mō vel scō: est possibile deo sed ipossibile creature. Ꝺ aūt nullo ꝓdictoꝝ modoꝝ est possibile. sicut illud qō directe repugnat ordini

sīm rationes ⁊ causas primordiales ⁊ eternas: simpliciter est possibile. sicut qz deus facit aliqō actu infinitū: qz simul faciat aliqd esse: ⁊ multo mō esse: qz faciat id qō fuit non fuisse ⁊ cetera talia. que posse est ꝰ ordinem ⁊ complementū diuine potentie. Ex his patet respectu quoz est diuina potentia. patet etiā que debent dici simpliciter possibilia. ⁊ que simpliciter impossibilia. ⁊ qz aliquoꝝ impossibilitas simul stet cū vera oīpotētia.

Capitulū viij.

¶ De dei sapientia: ꝓdestinatione: ⁊ prescientia.

Sapiētia vero dei hec tenenda sūt scz qz ipsa diuina sapia limpidissime cognoscit oīa bona ⁊ mala: ꝑterita pñtia ⁊ futura: actualia ⁊ potentialia. ac ꝓ hoc incōprehensibilia nobis ⁊ infinita. ita tū qz ipsa in se nullo mō diuersificaf. licet diuersa noia sortiaf. Inquantū enim est cognoscitiua oīum possibiliū dicīf scientia siue cognitio. Inquantū est cognoscitiua oīum que in vniuerso sunt: dicīf visio. Inquantuz est cognoscitiua oīum que bene fiunt dicīf approbatio. Inquantū est cognoscitiua eoꝝ q̄ futura sunt dicitur prescīētia siue ꝓuisio. Inquantū est cognoscitiua eoꝝ que ab ipo deo fienda sunt dicīf dispositio. Inquantū est cognoscitiua eoꝝ que ꝑmiāda sunt dicīf ꝓdestinatio. Inquantū vero est cognoscitiua eoruz que dāndā sunt dicīf reprobatio. Et qz ipsa nō tm̄ est cognoscitiua sed est etiā rō cognoscēdi oīa. iō inquantū est rō cognoscendi oīa cognita dicīf lux. Inquantū rō cognoscendi visa ⁊ approbata dicīf specu'ū. Inquantum est rō cognoscendi ꝓuisa ⁊ dispositā ō: exemplar. Inquantū est rō cognoscēdi ꝓdestinata ⁊ reprobata: ō: liber vite. Est igīf liber vite: respectu rez vt redeuntiū. Exēplar vt creatū tium. Speculum vt eunti. Lux vero respectu omnium. Ad exemplar autem spectat idea: verbum: aros: ⁊ ratio. Idea sīm actum prouidendi. Verbum sīm actum ꝓponen-

di. Aro ſm actum ꝓſequendi. Rō ſm actū ꝓficiendi: q; ſupadcūt intētioné finis. Quia vero hec oīa vnū ſunt in deo. ideo frequenter accipiť vnū ꝓ alio. Et licet diuina ſapia rōne diuerſitatis ſc̄toꝝ ⁊ cōnotatoꝝ diuerſa ſortiaſ vocabula: nō tñ diuerſificaſ ꝑs rationé intrinſecā. Cognoſcit enim ⁊ingentia infallibiliter: mutabilia imutabiliter. futura ꝓſentialiter: ⁊ꝓalia eternaliter. depēdentia in dependenter. creata increate. alia a ſe: in ſe ⁊ ꝑ ſe. ⁊ cū infallibiliter ⁊ingentia cognoſcat: ſimul ſtat libertas ⁊ vertibilitas voluntatis cū predeſtinatiōe ⁊ ꝓſciētia. ¶ Intelligentia aūt ⁊ ratio ꝓdictoꝝ hec eſt: qm̄ ꝓmū ꝓncipiū hoc ipo q; primū eſt ⁊ ſummū: cognitionē habet ſimul ſimpliciſſimā ⁊ ꝓfectiſſimā. Ex perfectiſſimā iō cognoſcit oīa diſtinctiſſime ſub oīb⁹ ꝓditionibus quas res habent vel habere poſſunt ⁊ ꝓpterea futura ſcit eſſe futura: ⁊ ꝓſentia: ꝓſentia. ⁊ bona ſcit approbanda: mala reꝓbāda. Hinc ē q; diuerſa ſortiť vocabula ſm q; dictū eſt ſupra. Sed q; ſimul ſtat perfectio ſapiētie cū ſūma ſimplicitate: hinc ē q; oīa alia a ſe cognoſcit in ſe ⁊ per ſe. Ex quo ſequiť ſecūdū: q; creata cognoſcit increate. Ex quo ſequiť tertium q; dependentia cognoſcit indepēdenter. Ex quo oriť quartū q; ꝓalia cognoſcit eternaliter. Ex quo ſequiť quintū q; futura cognoſcit ꝓſentialiť. Ex quo oriť ſextum: q; mutabilia cognoſcit imutabiliter. Ex quo ſequiť ſeptimū q; cōtingentia cognoſcit infallibiliter. ⁊ ita ⁊ingentia manētia ⁊ingentia ſunt diuine ſapie ꝓ ſuo infallibilitate: tā in ⁊ingentib⁹ que ſubiacent nature: q; libertati volūtatis humane. Añ qui vult hoc verū intelligere quō ſimul ſtet libertas volūtatis create cum infallibilitate ꝓdeſtinationis eterne. reſoluēdo ab hoc vltimo. ꝓcedat ꝓ illos ſeptē gradus vſq; ad primū: qō primū ꝓncipiū ꝓfectiſſime cognoſcit oīa per ſeipm. qō eſt verū certiſſimū. Ex quo cetera predicta ratiocinādo infallibiliter concludunť. Sicut aūt diuine cognitionis certitudo ſimul ſtat cum contingentia rerū cognitarū. q; ſimul eſt ſimpliciſſima ⁊ perfectiſſima diuina ſapia. ſic vnitas ſimul ſtat cum multiformitate rōnum ⁊ ideaꝝ ex eadem cauſa. Quia enim perfectiſſima eſt: ideo diſtinctiſſime ⁊ pfectiſſime cognoſcit vniuerſa ⁊ ſingula. ⁊ illa oīa diſtinctiſſime ⁊ pfectiſſime repreſentat: ⁊ iō ſingulorū dicit habere rōnes ⁊ ideas tanq̄ rerū ſimilitudines pfectiſſime expreſſiuas. Cū vero ſimpliciſſima ſit: ideo omnes ſimilitudines ille ſint vnū in ipſa. Añ ſicut de⁹ vna virtute oīa ꝓducit ex tpe: ſm omnimodam rerū integritatē. ſic vna virtute oīa exp̄imit ſempiternaliter. Et ſicut vna eſt in deo operatio actiua ſm rē: dicunť tñ plures rerum ꝓductiones rōne pluralitatis ꝓductoꝝ. ſic vna eſt veritas vnius actus intelligentie in deo: dicuntur tñ plures ſimilitudines idee ⁊ rōnes rōne pluralitatis ideatoꝝ vel exiſtentium: vel futuroꝝ vel poſſibiliū. Dē aūt rationes vel idee licet ſint vna veritas ⁊ lux i eſſentia: nō tñ dicuntur eſſe vna rō vel idea. Ratio enim vel idea dicit vt ad alterū ſm rationé intelligendi. noiat enim ſimilitudiné cogniti: que realiter tenet ſe ex parte dei: licet ſm rōnem intelligendi dicere videať aliqd ex parte ideati. Si aūt huiuo ſimile in creatura requiraſ: dicendū q; hoc eſt iſtius exē plaris ꝓpriū: q; ſicut dictū eſt ſimul eſt ſimplex ⁊ infinitū ⁊ perfectiſſimū quo ꝓintellecto cetera conſequenter innoteſcunt. Quia. n. exemplar illud eſt ſimpliciſſimū ⁊ perfectiſſimū. ideo actus purus. Quia vero infinitū ⁊ immenſum: ideo extra omne genus. Et hinc eſt q; exiſtens vnius: poteſt eſſe ſimilitudo q; pleriſq; multorum.

Capitulū ir

¶ De voluntate dei ⁊ prouidentia.

Et voluntate dei hec tenenda ſunt q; ipſa ſic eſt recta vt nullo mō poſſit obliquari: ſic eſt efficax: vt nullo modo poſſit impediri. ſic eſt vna: vt tamen multiformiter habeat ſignificari. Significatur enim diuina voluntas que eſt voluntas beneplaciti per voluntatē ſigni ſm quinq; differentias ſignoꝝ que ſunt ꝓceptio: ꝓhibitio: conſiliū: impletio: ꝓmiſſio: ſm que diſponunť a voluntate beneplaciti quecūq; in vniuerſo fiunt. Eſt enim volūtas dei ꝓma ⁊ ſumma cauſa oīum ſpecieruꝫ ⁊ motionum. Nihil enim fit viſibile aut intelligibile i iſta totius creature ampliſſima quadā vniuerſaq; republica: quod nō de illa impiali aula ſummi imperatoris aut iubeaſ: aut ꝓmittatur ſm in effabilē iuſticiā ꝓmiorū atq; penaꝝ retributionū ⁊ gratiaꝝ. Et q; iſta voluntas ratione regulata dicit ꝓuidentia; hinc eſt q; omnia que in vniuerſo fiunt: aguntur ⁊ regunť diuina ꝓuidētia: que ꝑ omnia eſt itra ꝓhēnſibilis: que nihil ꝓcipit. ꝓhibet vel conſulit niſi iuſte. nihil agit niſi bene: nihil ꝓmittit iniuſte. ¶ Intelligentia aūt ⁊ ratio ꝓdictoꝝ hec eſt. Primū ꝓncipiū cū ſit ſumme nobile: ⁊ voluntaté habet ⁊ nobili modo habet. Cum igiť voluntas de ſe dicat illud ſm q; in agentibus a ꝓpoſito attenditur regula rectitudinis ⁊ efficacia operationis: neceſſe eſt q; voluntas in deo ſit rectiſſima ⁊ efficaciſſima. Ideo autem rectiſſima: quia idem eſt in deo voluntas ⁊ veritas. Iō efficaciſſima: quia idem ꝓ ſua in deo eſt voluntas ⁊ virtus ſiue poteſtas. Et q; non poteſt diuina voluntas carere veritate. ideo nō tantum eſt recta: verū etiam regula rectitudinis. Quia vero nullo modo poteſt carere virtute: ideo non tñ eſt efficax: verum etiā fons ⁊ origo totius efficacie: ita vt nihil ſine nulla poſſit effici. nihil contra illam poſſit fieri. nihil etiaꝫ ſit a quo valeat impediri. Et q; rectiſſima eſt: nullus poteſt eſſe rectus niſi conformetur ei. Nullus autem poteſt ei conformari niſi volūtas illa innoteſcat ſibi. Ponit ergo voluntaté diuinā vt regulaꝫ rectitudinis notificari nobis. Rectitudo aūt quedam eſt neceſſitatis: ⁊ hec eſt in ſacīdo bonum neceſſarium: ⁊ declinando malum. Quedam autē eſt perfectionis. ⁊ hec eſt in ſuperogando vltra debitum. ⁊ ſm hoc innoteſcit nobis per triplex ſignum. ſcz̄ ꝓceptionem ꝓhibitionē ⁊ conſiliū: quod quidā ſignificat diuinū beneplaciti acceptare tāq̄ iuſtum quod fit ſm diuinū ꝓceptum: quod declinatur ſm diuinam ꝓhibitionem: ⁊ ad impletur ſm diuinū conſilium. Signa vero hec infallibilia ſigna ſunt diuine voluntatis: vt eſt regula rectitudinis. Rurſus q; efficaciſſima eſt: nullo modo poteſt aliquis aliqd efficere: niſi ipſa cooperante ⁊ coefficiente. nullus deficere vel peccare poteſt: niſi ipſa iuſte deſeréte. Et ſm hoc duo ſunt ſigna eius ſcz̄ impletio: quod eſt ſignum voluntatis vt efficientis. ⁊ permiſſio quod eſt ſignum voluntatis iuſte deſerentis. Iuſte autem deſerit: quia iuſtum eſt vt ſic amminiſtret res q̄a condidit: vt non infringat leges quas indidit. ⁊ ſic cooperetur rebus quas creauit: vt tamen eas agere proprios motus ſinat. ⁊ iō eſt liberum arbitriū ad vtrumq; vertibile de lege nature in malū dimittat cadere: hoc nā ꝓmittit niſi iuſte. Rurſus ⁊ ſi ꝑ gratiam preueniat ⁊ ſuſtentet nulli iniuriaꝫ facit: ideo nā agit iniuſte: nec oīno iuſte ſm exiſtentiā meritoꝝ: q; merita ad hoc non ſufficiūt. ſed gratio ⁊ miſericordiť ⁊ quodāmodo iuſte quantum eſt ex condecentia bonitatis ſue. Cum ergo dānat ⁊ reꝓbat operať ſm iuſticiaꝫ. Quando vero predeſtinat: ſm gratiaꝫ ⁊ miſericordiam que non excludit iuſticiam. Ex ergo oēs ſm q; de maſſa perditionis erant debebant dānari. ideo plures reꝓbant q̄z eligantur. vt oſtendať q; ſalutatio eſt ſm gram ſpecialem: ſed damnatio ſm iuſticiam cōmunem. Nullus ergo poteſt conqueri de diuina volūtate: quia omnia agit rectiſſime imo in omnibus debemus gratias agere: ⁊ honorificare regimen diuine prouidentie. Si quis autem querat: quare magis vni peccatori gratiam largiatur q̄z alteri. dic

oportet silentium imponere humane loquacitati. ⁊ exclamare cum apostolo. O altitudo diuitiarum sapientie ⁊ scientie dei: q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum domini. aut qs eius consiliarius fuit. aut quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei. Quoniā ex ipso ⁊ per ipsum ⁊ in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula seculoꝝ. Amen.

Finit prima pars.

Incipit pars secunda de creatura mūdi.

Capitulum primum.

De productione mundi totalis.

Postsummatis pretellectis de trinitate dei: dicenda sūt alia q̄ de creatura mūdi. Circa quā hec tenēda sunt i summa. videlicet q̄ vniuersitas machine mūdialis pducta est in esse ex tempore: ⁊ de nihilo: ab vno primo principio solo ⁊ summo. cuius potentia licet sit immensa: disposuit tamen omnia in certo pondere: numero ⁊ mensura. Hec generaliter intelligenda sunt circa rerum pductionem: ex quibus ⁊ veritas colligitur ⁊ error: repudiatur. Per hoc enim q̄ dicitur ex tempore excludit error: ponentiū mundum esse eternū. Per hoc q̄ dicit de nihilo excluditur error: ponentiū eternitatē circa principium materiale. Per hoc q̄ dicit ab vno principio excluditur error: manicheoꝝ ponentiū pluralitatez principioꝝ. Per hoc q̄ dicitur solo ⁊ summo excluditur error: ponentium deū produxisse inferiores creaturas p ministeriū intelligentiarū. Per hoc q̄ additur in certo pondere: numero ⁊ mensura ostenditur q̄ creatura est effectꝰ trinitatis creantis sub triplici genere causalitatis. Efficiēs: a quo est i creatura vnitas modus ⁊ mēsura. Exemplaris: a quo est in creatura veritas: species ⁊ numerus. Finalis: a quo est in creatura bonitas: ordo ⁊ pondus. Que quidem reperiuntur in oibus creaturis tanq̄ vestigium creatoris: siue corporalibus: siue spūalibus: siue ex vtrisq̄ cōpositis. Ratio autem ad intelligentiam predictoꝝ hec est. Quia ad hoc q̄ sit ordo perfectus ⁊ status in rebus: necesse est q̄ omnia reducant ad vnum principium. qō quidē sit primum vt det ceteris statum. ⁊ perfectissimū vt det ceteris complementū. Quoniā igitur primū principium in quo est status non potest esse nisi vnum solū. si mundū produxit: cum non possit ipsum producere de seipso: necesse est q̄ producat ipsum ex nihilo. Et quia productio ex nihilo ponit esse post non esse ex parte pducti: ⁊ imensitatem in virtute producēte ex parte principij cum hoc sit solius dei necesse est q̄ creatura mundi sit pducta ex tēpore: ab ipsa virtute imensa agente per se ⁊ imediate. Rursus q̄n principiū perfectissimū quo manat pfectio vniuersoꝝ necesse est agere a se: ⁊ p̄ se ⁊ ꝓpter se. ⁊ q̄ nullo i agendo indiget extra se necesse est q̄ habeat intentionē tripliciscause respectu cuiuslibet creature. s. efficientis: exemplaris ⁊ finalis. Necesse est etiam omnē creaturam p̄ hanc triplicem habitudinē comparī ad causam primā. Omnis enim creatura ꝓstituit i esse ab efficiente ⁊ ꝓformatur ad exemplar: ⁊ ordinatur ad finem: ac per hoc est vna: vera bona: modificata: speciosa: ordinata: mensurata: discreta ⁊ ponderata. Et enim pondus iudicatio ordinatiua. Et hec quidez generaliter dicta sūt de omni creatura siue corporea siue incorporea: siue ex vtrisq̄ pstituta: sicut est natura humana.

Capitulum ij.

De natura corporali quantum ad fieri.

Natura vero corpea nobis considerāda est quantū ad fieri: ⁊ quantū ad esse: ⁊ quantum ad operari. De natura vero corporea quantum ad fieri hec

specialiter tenenda sunt. scz q̄ sex diebus sit in esse producta. ita q̄ in principio ante oēm diem creauit deus celū ⁊ terrā. Prima vero die formata est lux. scda firmamentū factum est in medio aquaꝝ tertia die separate sunt aque a terra. ⁊ congregate in locū vnū quarta vero die celū ornatū est luminaribꝰ. quinta aer ⁊ aqua volatilibus ⁊ piscibus. sexta terra animalibus ⁊ hoibus. septima vero die requieuit deus. non a labore nec ab opere: cum vsq̄ nunc operet: sed a nouarū specierū conditione. q̄ omnia fecerat. vel in simili: sicut illa que ꝓpagant. vel in seminali rōne: sicut illa que alijs modis introducuntur in esse. Ratio aut ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia enim res manāt a primo principio ⁊ perfectissimo: tale autem est omnipotentissimū. sapientissimū ⁊ benivolentissimū. ideo oportuit q̄ sic producerētur in esse. vt in eaꝝ productione resultaret triplex nobilitas predicta ⁊ excellentia. Et ideo triformis fuit operatio diuina ad mundanā machinam producendā. scz creatio que appropriatur respondet omnipotentie. distinctio que respondet sapientie. ornatus qui respondet bonitati largissime. Et quoniā creatio ē de nihilo. ideo fuit in principio ante omnem diem: tanq̄ omnīū rerum ⁊ temporū fundamentuꝫ. Rursus quia distinctio corporū mūdi attenditur sm̄ triplicem modum. ideo facta fuit per triduū. Et enim distinctio nature luminose a perspicua ⁊ opaca. ⁊ hec facta est in prima die in diuisione lucis a tenebris. Et est distinctio nature perspicue a ꝓspicua. ⁊ hec facta est secunda die in diuisione aquaꝝ ab aquis. Et est distinctio nature perspicue ab apoca. ⁊ hec facta est tertia die in diuisione aquaꝝ a terris. In his aūt implicite dat intelligi distinctio celestiū ⁊ elementarium. sm̄ q̄ post dedarabitur. Sic igitur distinctio fieri debuit per triduū. Et q̄ ornatus correspondet distinctioni: ideo similiter tribus diebus debuit consummari. Est enim ornatus nature luminose: ⁊ hic factus est q̄rta die in formatione stellarum ⁊ solis ⁊ lune. Et est ornatus nature perspicue. ⁊ h̄ factus est quinta die in qua ex aquis facti sunt pisces ⁊ aues ad ornatum aeris ⁊ aque. Et est ornatus nature opace scilicet terre: ⁊ hic factus est sexto die. in quo facte sunt bestie: facta sunt ⁊ reptilia. facta est etiam ad complementum omnīū natura humana. Hec autē omnia licet potuerit deus facere in instanti. maluit tn̄ per successionē temporū. nō ꝓpter distinctam ⁊ claram representationē potentie: sapientie ⁊ bonitatis. tum ꝓpter q̄nienciā correspondentiam dierū siue temporū ⁊ operationū. tum etiā vt sicut in prima mundi conditione fieri debebāt seminaria operū fiendoꝝ. sic fierent ⁊ ꝓfigurationes temporū futuroꝝ. Unde in illis septē diebus quasi seminaliter ꝓcessit distinctio oīum temporū. q̄ explicant p̄ decursum septē etatum. Et hinc est q̄ sex diebus opez additur septimus quietis. qui dies non scribitur habere vesperam nō q̄ nō habuit: dies illa nocte succedente: h̄ ad prefigurandū animaꝝ quietē. que nunq̄ habebit finē. Si aūt diceret alio mō. q̄ oia essent simul facta. tūc oēs hi septem dies ad ꝓsiderationē angelicā referrent. Verūtn̄ ꝓprius modus dicendi ē magis scripture ꝓpriꝰ ⁊ auctoritatibꝰ sctoꝝ. ⁊ qui ꝓcessit: ⁊ etiam qui secuti sunt. beatum Augustinum.

Capitulum iij.

De natura corporali quantum ad esse.

Et natura vero corpea quantū ad esse tenendū est. q̄ corpalis mūdi machina tota ꝓsistit in natura celesti ⁊ elementari. ita q̄ celestis distincta est in tres celos principales. s. empyreū: crystallinum ⁊ firmamentū. Intra firmamentuꝫ aūt q̄ est celū stellatū ꝓtinent septē orbes septē planetarū. qui sūt. saturnus: iupiter: mars: sol: venus: mercurius: luna. Natura vo elementaria in quattuor sphere as distinguit. scz ignis: aeris: aque ⁊ terre. Et sic ꝓcedendo a sūmo

tardine celi vsq; ad centrum terre decē con
currūt orbes celestes: et quatuor sphere ele
mentares. ex quibus integrat et constituit
tota machina mundi sensibilis: distincte: pfe
cte et ordinate. ¶ Ratio aūt ad intelligen
tiā predictoꝝ hec est. Quia cū natura corpo
ralis ad perfectionem sui et expressionem sa
pientie multiformis primi pncipij requirat
multiformitatē formaꝝ. sicut apparet in mi
neralibus: plantis et animalibus. necesse fuit
ponere aliqua corpa simplicia. que nullo mo
do inter se possent misceri ad introductionē for
maꝝ multiformiū. et talis est natura subiecta
contrarietati: et hec est elementaris. Necesse
etiā fuit fieri aliquā per quā haberēt hec cō
traria in mixto ꝑciliari. et talis est natura elō
gata a ctrarietate. cuiusmōi est natura lucis
et corporis supercelestis. Et qm̄ mixtio fieri
non potest. nisi per contraria agentia et pa
tientia. ideo necesse fuit duplicem cōtrarieta
tem fieri in elementis. s. quantum ad qualita
tes actiuas. que sunt calidum et frigidum. et
quantū ad passiuas: que sunt humidum et sic
cum. Et q; qlibet elementū agit et patitur.
ideo qlibet habet duas qualitates. vnam
actiuā et aliā passiuam. ita tm̄ q; vnam prin
cipalem et ppriaꝝ. ac per hoc necesse est tm̄
quatuor esse elementa ꝑm quatuor qualita
tes ꝑdictas quadrupliciter cōbinatas. Natu
ra autem celestis aut est vniformis et inmobi
lis: et hoc est empyreū. q; lux pura. aut mo
bilis et multiformis: et sic est firmamentū. aut
mobilis vniformis: et sic celum mediū inter
empyreū et stellarum: qd̄ est celum crystalli
num. Quartū mēbrū. s. q; sit multiforme et i
mobile nō pōt stare. q; multiformitas dispo
nit ad motus varietatem: nō ad vniformem
quietem. Sunt igit tres celi quoꝝ primum
per totū est luminosum. s. empyreum. secōm
per totum perspicuū. s. crystallinū. tertiuꝫ ex
vtroq; coniunctum. s. firmamentuꝫ. Cū igi
tur tres sint celi incorruptibiles. et quatuor ele
menta variabilia. vt fiat debita cōnexio:
concordia et cōfidentia: disposuit deus se
ptem orbes planetaꝝ: qui sua varietate nō
lūi: et incorruptibilitate solis quasi q̄dā
vinculum essent. et iuncture inferioꝝ elemē
tariū orbium et superioꝝ celestiū ad perficien
dum et decorandū vniuersum: qō ꝑm nume
rales ꝓportiones ordinatum dicit et ꝓnecū
denario celestiū orbium et quaternario ele
mentoꝝ. reddentibus ipm̄ proportionaliter
tam pulchrū: q̄ perfectum: et ordinatum. vt
suo modo totum representet principium.

Capitulum iiij.

¶ De natura corporali quantum ad operā
ri et influere.

b Ē natura corporali q̄ztum ad ope
rari hoc tenendū est. s. q; celestia in
fluunt in terrestria et elementaria
quantū ad distinctiuam significationē tpm. s.
dieꝝ mensium et annoꝝ. Sic enim dicit scri
ptura. q; sint in signa et tpa et dies et annos.
Influūt etiā q̄ztum ad effectiuā ꝓductionē
rerū generabiliū et corruptibiliū. s. minera
lū: vegetabiliū: sensibiliū et corporū humano
ꝝ. Sic tū sunt in signa tpm et regimē ope
rationū vt non sint certa signa futuroꝝ ptin
gentium. nec influant super liberū arbitrium
per vim stellationum. quā dixerunt aliqui
ꝑbi esse fatum. ¶ Ratio aūt ad intelligen
tiam predictoꝝ hec est. Quia cū in corpibus
celestibus ꝓpter ꝓximitatē ad primū prin
cipiuꝫ sit lux: motus: calor et virtus. Lux ra
tione sue forme et speciei. Motus respectu
superioris influentis. Calor respectu inferio
ris nature suscipientis. Virtus vero oībus
modis predictis. Cum inq̄z ita sit. celestia cor
pora per lumen et motū sunt in distinctiones
temporū. s. dieī ꝑm lucem solis et motū firma
menti. mensis ꝑm motū lune in circulo obli
quo. anni ꝑm motū solis in eodē circulo tem
porū vero ꝑm variū planetarū motū distan
tia et ꝓcursum. ascensum et descensum. retro
gradationē et statum. et quibus orit diuersi
tas in temporibus. Per virtutē aūt et calo

rem influunt ad ꝓductionez eoꝝ que ex ele
mentis generant: excitando: ꝓmouēdo. con
iliando. ita q; ꝑm ꝑciliationē cōtrarioꝝ ab
equalitate remotaꝫ influūt in mineralia. ꝑm
ꝑciliationē ab equalitate minus longinquaꝫ
in vegetabilia. ꝑm ꝑciliationē equalitati pro
ximantē in sensibilia. ꝑm vero conciliationē
equalem in corpa humana. que disposita sūt
ad nobilissimā formā que est anima rōnalis
ad quā ordinat et terminat appetitus oīs na
ture sensibilis et corpalis: vt per eam que est
forma: eno: viuens: sentiens et intelligēs. q̄si
ad modū circuli intelligibilis reducatur ad
suū principiū in quo perficiatur et beatifice
tur. Et qm̄ in illud tendit per libez arbitriū
ideo quantū ad arbitrij libertatem precellit
oēm virtutem corpalem. ac per hoc cuncta
nata sunt sibi seruire. nihil aūt sibi dominari
habet nisi solus deus: nō fatū siue vis posi
tionis siderū. Et ꝓpterea indubitanter verū
est q; summus finis ciuiū eoꝝ que sunt: et oīa
corpalia facta sunt ad humanū obsequiuꝫ vt
ex illis oībus accendat hō ad laudandum et
amandū factorē vniuersoꝝ. cuius ꝓuidētia
cuncta disponuntur. Hec aūt sensibilis cor
poralium machina: est tanq̄z quedam domus
a summo opifice homini fabricata: donec ad
domū veniat nō manufactā in celis. vt sicut
anima modo rōne corporis: et status meriti
nunc est in terris. sic aliquando corpus rōne
animne et status premij sit in celis.

Capitulum v

¶ De modo describendi predicta in sacra
scriptura.

e Ē iam dictis colligit q; sicut deus
res ordinate ꝺidit quantū ad tps.
et ordinate disposuit quantū ad situ
sic etiā ordinate gubernat. quantū ad influen
tiā. et scriptura ordinate narrat quantum ad
doctrine sufficientiā. licet nō ita explicite de
scribat distinctionē oꝝ: nec celestium: nec
elementariū. et pax aut nihil dicat de moti
bus et virtutibus corpoꝝ superioꝝ. et de mix
tionibus elementoꝝ et elementatoꝝ. et quod
plus est nihil explicite narrat de condītione
supnoꝝ spirituū. maxime cū describit istud
vniuersum inesse ꝓducti. ¶ Ratio autez
ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia cuz
primū principiū reddat se nobis cognoscibi
le et per scripturā et per creaturā. p librum
creature se manifestat vt principiū effectiuū
per libꝝ scripture vt principiū reparatiuꝫ. et
principiū reparatiuū nō potest cognosci nisi
cognoscatur et effectiuū. ideo sacra scriptu
ra licet principaliter agat de operibus repa
rationis debet nihilominus agere de ope
re ꝺitiōis. inquantū tū ducit in cognitionez
primi principij efficientis et reficientis. Et iō
ipsa est cognitio sublimis et salutaris. Subli
mis q; de primo principio effectiuo. qō est
deus creator. Salutaris. q; de primo princi
pio repatiuo. quod est christus saluator. et me
diator. ¶ Rursus q; sublimis est. vtpote q;
agit de primo principio et ente summo: ideo
nō descēdit ad describendas spēales entium
naturas motus: virtutes et differentias. sed
stat in quadā generalitate: in qua multiplicā
tur spēalia. describendo sez ꝺdit oīa mundi
quantū ad dispositionē et influentiā. quo ad
naturā luminosam. opacā: et puā in genera
litate quadam. Et qm̄ primū principiū de q̄
agit habet in se ordinē nature in existendo.
ordinē sapie in disponendo. ordinē bonitatis
in influendo. ita q; ordo nature habet in se
similitatē et equalitatē. ordo sapientie ꝺside
rat prioritatē et posteritatē. ordo influentie su
perioritatē et inferioritatē. Ideo ad insinuā
dum ordinē nature: determinat scriptura iu
xta qō deū operari decebat. q; in principio
ante tps decurrim fuerit illa triplex natura
de nō esse in esse ꝓducta. cū dicit. In princi
pio creauit deus celū et terrā: et spūs dei fe
rebat sup aquas. Ubi notie celi insinuat na
turā luminosā. notie terre naturā opacā. notie
aque naturā puā: siue ꝑspicuā: siue ꝓportati
subiectā: siue supra ꝓportatē eleuatā. Ubi eti

am insinuat trinitas eterna .s. pater in noie dei creantis. filius in noie principij spūssan ctus in noie spūs dei. Et sic intelligendus est illud qđ dicit. Qui viuit in eternū creauit oia simul. non qđ ea creauit in chaos oīmode ꝓfusionis ꝑm qđ finxerūt poete. cū ꝓduxerit hanc triplicem naturā: summā in summo. mediā in medio. ⁊ infimā in infimo. nec etiā creauit in esse oīmode distinctionis: cū celū esset pfectum ⁊ terra incōposita. natura vero media quasi mediū tenens nondū essꝫ ad pfectam distinctionē deducta. Ad insinuandū aūt ordinē sapiētie in disponēdo determinat qđ hec triplex natura nō simul fuit distincta. ⁊ ornata: ꝫ iuxta triplicis nature create exigentiā: ꝑ triduū distincta. ⁊ ꝑ triduum aliud ornata. vt sicut deus in principio triplicem naturā simul creauit in primordio tpis. sic successione tpis in triplici mēsura tpis scz triplicis dies: triplicē faceret distinctionē nature triplicis create. Et rursus in alio triduo triplicē ornatū triplicis nature distincte. Ad insinuandū vero ordinē bonitatis in influendo determinat qđ hec triplex natura collocata est in mundo ꝑm sub ⁊ supra. iuxta suā dignitatē ⁊ influētiam. Et quia luminosiꝫ plurimū habet de specie. ideo sibi debet circūferentia. Quia vero opacū minimuꝫ hꝫ de specie. ió sibi debetur cētrum. Sed qꝫ puia tenet mediū. ideo mediū sortita est situm. Et qm̄ natura corpis puij ⁊ pspicui cōmunis ē nature celesti ⁊ elemētari. ⁊ rursus luminosa vtriqꝫ conuenit. ideo recte dicit firmamētum factū in medio aquarꝫ. non qđ aque sup celos sint aque fluxibiles: frigide: graues et corruptibiles sed qđ subtiles ⁊ incorruptibiles ⁊ pure: ⁊ super oīmē contrarietatē sublimate. ac ꝑ hoc celestis nature. ⁊ in celestib⁹ collocande. rōne nobilitatis forme collocantur etiam rōne virtutis ⁊ influētie. Quia. nobis actio. corpalis in rebus inferioribus regulā: originē ⁊ vigorē sumit a natura celesti. cum duc sint qualitates actiue scz calidum ⁊ frigidum. ⁊ aliqđ sit celum principaliter influens in calidum. sicut celū sidereū rōne luminositatis. congruum fuit qđ aliqđ influeret super frigidum: ⁊ sic crystallinum. Et sicut celum sidereum licet influat ad calorem: non tamen est formaliter calidum. sic etiam celum qđ dicitur aqueū siue crystallinuꝫ nō est essentialiter frigidum. Unde qđ sancti dicunt qđ aque sunt ibi constitute ad refrenandum calorem superiorꝫ corporum: ⁊ cetera ꝓsimilia. non ꝑm formalem predicationem. sed ꝑm efficientiam ⁊ influentiā sunt intelligenda. Competit ergo conditio creature hꝫ ordinem predictum ⁊ ordini creatricis sapiētie ⁊ diuine scripture q̄ est scientia sublimis.

¶ Rursus quia ipsa est scientia salutaris iō non determinat de opere conditionis nisi ꝓpter opus reparationis. Et quoniā angeli sic conditi sunt vt labentes nullatenus reparentur sicut apparebit in sequentibus. ideo tacetur ꝑm litteram exteriorem angelorū lapsus ⁊ conditio. quia nō debebat subsequi reparatio. Quia vero sublimitatez sacre scripture non decebat prorsus tacere de conditione sublimissime creature. ideo sic sacra scriptura describit rem conditōis: iuxta qđ exigit scientia sublimis ⁊ salutaris. vt tamē ꝑm spūalem intelligentiam tota conditio litteraliter descripta spūaliter referatur ad describendam hierarchiam ⁊ angelicam ⁊ ecclesiasticam. Ideo ꝑm spūalez intellectū describitur in illis tribus naturis primo productis hierarchia angelica noie celi. ⁊ ecclesiastica nomine terre. ⁊ gratia per quam irrigantur vtraqꝫ noie aque. ¶ Rursus per septenarium numerꝫ diez intelligit septiformis ecclesie status ꝑm decursum septem etatum. Per eundem etiam septenariū intelligitur septiformis conuersio angelorum a creatura ad deum. Et sic ex predictis apparet sufficientia ⁊ veritas scripture: i diuersis opinionibus sanctorꝫ. s. Aug. ⁊ aliorꝫ qui sibi non ꝓdicunt cū vere sint si recte intelligātur.

Capitulū vi.

¶ De ꝓductione supernorꝫ spirituum.

Consequenter vero agendū est de natura spūali ⁊ incorpea. cuiusmōi est angelica. de qua ꝓsiderari oportet q̄ntum ad conditionē supniorꝫ spirituum: quantū ad ruinā demonū: ⁊ quantū ad confirmationē bonorꝫ angelorꝫ. ¶ Sciendum est igit qđ angelis a primordio siue ꝓditionis quatuor sunt attributa. s. simplicitas essentie pſonalis discretio ꝓpter rōnem missam. memoria: intelligentia ⁊ voluntas ⁊ libertas arbitrij ad eligenda bona ⁊ respuenda mala. Hec aūt quatuor attributa principalia alia quatuor: cōmittantur. s. virtuositas i opādo officiositas in ministrando. pspicacitas in cognoscendo ⁊ immutabilitas post electionē siue in bono siue in malo. ¶ Ratio aūt ad intelligentiam predictorꝫ hec est. Quia primū principiū hoc ipso qđ primū: oīa de nihilo ꝓduxit. ió non mīs prope nihil: sed etiam prope se non tantus substantiā a se longinquā. s. naturā corpoream ꝓducere debuit. veruetiaꝫ ꝓpinquam. ⁊ hec est substantia intellectualis ⁊ incorporea. que hoc ipso qđ deo simillima est: simplicitatem habet nature: ⁊ discretionem pſonalē. vt deo assimilet ex pte substantie siue cōmunis siue indiuidue. Habet etiā in mente imaginē trinitatis ꝑm memoriā: intelligentiā ⁊ voluntatem. Habet etiaꝫ voluntatis libertatē: vt assimilet deo ex parte potentie siue naturalis siue electiue. vt sic potentia naturalis insignita sit dei imagine. electiua vero arbitrij libertate. Nequaquā enim peruenirent meritorie ad premiū gloriosum: qđ sicut quē q̄ beatū nisi haberet liberum voluntatis arbitriū. hoc aūt esse nō potest nisi in substantia rōnali. quā comitat memoria: intelligentia ⁊ voluntas. Ubi aūt est ratio oportet qđ sit rationalis nature substantia indiuidua. necesse est etiā qđ sit substantia spiritualis ⁊ incorporea. ac per hoc simplex carens omni diuisione q̄ntitatiua. Talis aūt substantia hoc ipso qđ simplex est virtuosa est in operando. hoc ipso qđ virtuosa est ⁊ ꝑsonaliter discreta: competit ei distinctio officij in ministrando. hoc ipso qđ simplex ⁊ virtuosa competit ei pspicacitas in discernēdo. hoc ipso aūt qđ perspicax ⁊ simplex est habens intellectū deiformē: ideo stabilitatez hꝫ post electionē in electo: siue in bono siue in malo. Et hec ꝓditiones ipsaꝫ generalē ꝓditionē supnorꝫ spirituū generaliter cōmittant.

Capitulū vij.

¶ De apostasia demonum.

Et apostasia vero demonū hoc ē tenendus. qđ deus angelos oēs fecit bonos. tūs medios inter se summus bonū ⁊ cōmutabile bonū qđ est creatus: ita qđ si conuerterent ad amandus qđ est supra ascenderent ad statū gratie ⁊ glorie. Si vero ad bonū cōmutabile qđ est infra. hoc ipso ruerent in malū culpe ⁊ pene. qđ non est decens peccati sine decore iusticie. Primus autem lucifer inter angelos. presumens de priuato bono: priuatam appetiit excellentiā. volens alios superferri. ⁊ ideo cecidit cuz ceteris consentientibus sibi. Cadens aūt factꝰ est impenitens obstinatus ⁊ excecatus: ⁊ exclusus a dei cōtemplatione: ⁊ deordinatus in operatione toto nitens conamine ad subuertēdum hominem per tentationē multiplicem.

¶ Ratio aūt ad intelligētiam ꝓdictorꝫ hec est. Quia cum primū principiū sit summe bonum: nihil facit nisi qđ sit bonum quia a bono non peccat nisi bonum: qđ tūs fit ab ipso hoc ipso minus est eo: ⁊ ideo nō potest esse summū bonū. Fuit igit angelus a deo ꝓditus: bonus quidē sed nō summus: ꝑficiēdus tūs si affectu tenderet in summū. Et qm̄ ꝑ libez arbitriū voluntatis poterat tēdere i bonum summū. vel ꝑuerti ad bonū priuatum. lucifer sue pulchritudinis ⁊ latitudinis ꝓsiderātione excitatus ad se diligēdū ⁊ suū ꝓpriū bonū: ꝑsumpsit de altitudine habita: ⁊ ambiuit excellentiā ꝓp. iam. non tamen obtentaꝫ.

se per hoc presumendo constituit se sibi principium summum in seipso gloriando & ambiendo: substituit se sibi summum bonum in seipso descendo. Cum autem ipse nec esset summum principium: nec summum bonum; necesse fuit vt inordinato ascensu appetitu: descensu rueret pari ratione. & omnes in hoc consentientes. Et qz non est dedecus peccati sine decore iusticie. ideo statim cum cecidit in peccatum cuz ceteris adherentib⁹ sibi: perdidit locū summuz. scz celum empyreū: descendens ad imū. scz caliginosum aerem vel infernum. ita q lapsus in culpam fuit per liberū arbitriū: lapsus vero in penam per diuinuz iudicium Et quia immutabilitatem habuit post electionem, ideo statim obstinatus est in malo & p hoc excecatus a vero, & deordinatus est in operatione; & infirmatus in virtute. ideo voluntas eius impia. & actio querula a deo; conuersa est ad hominis odium & inuidiam, & perspicacitas rōnis a vero lumine excecata: conuersa est ad deceptiones per diuinationes & cautelas, & officiositas in ministrando a vero ministerio amota: conuersa est ad tēmenta: & virtuositas immutata & coartata quantū permittitur: conuertitur ad miracula facienda per transmutationes repetinas quas facit circa corporeas creaturas. Et qz hec omnia sunt deordinata per voluntatem deprauatam p superbiā, ideo hec omnia cōtuerit ad fomentuz siue superbie; querens ab hominibus coli & honorari ad modum dei, Hinc est qz oia male agit qō tamen iusto iudicio deus pmittit ad vindictam malefactorum laudem vero bonoruz, sicut apparebit per finale iudicium.

Capitulum viij.

Et peccatis penalibus hoc tenẽdum est qz licet malum culpe ⁊ malus pene sint diuerse malorũ differentie. q̃dam tñ fic sunt peccata qz etiã sunt pene peccati. Speciali nãqz mõ peccata ⁊ pene peccati dicuntur illa que habent adiunctum dolorem ⁊ mesticiam: sicut acidia: inuidia ⁊ consilimia. Minus specialiter dicuntur illa: que habent adiunctam vel meram deprauationem nature vel ignominiam. sicut sunt illa pter que dicitur peccator in reprobum sensum tradi. Generaliter autem peccata que sunt inter primam apostasiam ⁊ vltimam gehenne penam: ⁊ peccata possunt dici ⁊ pene peccati. iuxta qõ dicit Bre. Crimina criminibus vindicari Licet autem idem dicatur peccatum ⁊ pena peccati. tenendũ tñ est qz oĩs pena inquantũ pena iusta est ⁊ a deo. Nulla vero culpa iusta est nec a deo sed tñ a libere voluntatis arbitrio. Pena vo quãmere est pena a deo est inflicta. Que vo est culpa vel inclinans ad culpam est contracta vel acta. ¶ Ratio aũt ad intelligentiam predictorum hec est. Quia cũ malum dicat recessum a primo principio per hoc qz nocet bono: non autez nocet bono nisi aliquid adimendo de bono. bonum aũt consistit in modo: specie ⁊ ordine: nullum est malum qõ nõ sit modi: speciei ⁊ ordinis corruptiuum. Ordo autem duplex est. scz ordo nature ⁊ ordo iusticie. Ordo autem nature est in bono naturali. Ordo iusticie i bono morali. Et qz bonum naturale in omni natura. bonum morale in voluntate habet consistere. ideo ordo nature est in omni natura. ordo autem iusticie in voluntate electiua habet consistere. Et qz voluntas est instrumentum seipsum mouens. natura vero non. hinc est qz ordo iusticie est ordo non tantũ factus: sed etiam factiuus. ordo aũt nature est ordo factus. Ãm ergo malum potest priuare ordinem iusticie ⁊ ordinem nature. hinc est qz duplex est malũ. scz culpe ⁊ pene. Rursus qz ordo iusticie ẽ ordo voluntari⁹. hinc est qz malum culpe est affectio voluntaria. malum autez pene est affectio inuoluntaria. Postremo qz ordo iusticie q̃ inest volũtati est ordo factiuus. ideo malũ culpe quod est ei⁹ priuatio est malum quod facim⁹: ⁊ malum pene est malũ quod patimur. Et qz non est passio nisi naturaliter ꝑcedat actio. nec est actio ad quam nõ sequatur aliqua passio. hinc est qz nulla est pena sine precedente merito culpe. nulla est etiam clpa quin comitet aliqua pena. Et quoniaꝫ quod facimus a nobis est. quod nos vero patimur potest esse a nobis ⁊ ab alijs. vt pote a causa superiori vel inferiori. ideo licet omnis culpa sit a nobis. non tamẽ omnis pena est a nobis. imo quedam est a nobis acta. quedam inflicta: quedam contracta. Et qz eũ qui facit qõ non debet iustum est pati quod debet. ideo omnis pena inquãtũ pena iusta est: ⁊ a diuina prouidentia: qz est ad culpam

ordinata: ⁊ ipsius culpe ordinatiua. Quia vero passio illa potest esse per ademptionem boni naturalis. vel boni moralis cum naturali. hinc est q̄ quedam pena est mere pena quedam vero est pena ⁊ culpa Quia bonū morale quod est iusticia non adimitur nisi p iniusticiam que est culpa. Prima igitur pena est a deo: ⁊ ꝟz q̄ pena: ⁊ ꝟm id quod est. a deo in q̄z: non instituente sed vindicante. Secunda vero cum sit culpa: ꝟm id quod culpa est: a deo non est. nisi solum quantum ad ordinem: ipsa vero vel est acta si sequatur ad actuale. vel est contracta si sequatur ad originale. Si igitur proprie accipiatur malum. ꝟz q̄ est priuatio boni naturalis: ⁊ affectio inuoluntaria: ⁊ malum q̄ patimur. sic non concidit cum malo culpe in idem. licet sit annexum eidem. Si vo accipiatur large: vt dicat malū q̄ patimur. siue a nobis. siue aliūde. siue in natura. siue in volūtate. sic cōcidunt in idem: sed non ad idem: vel ꝟm idez. q̄ quod est in se culpa: dicitur respectu precedentis culpe pena. vel culpa ratione actionis: pena dicit esse ratione passionis. Et sic patet quo modo: pro quanto ⁊ quare aliquid simul dicatur esse peccatum ⁊ pena peccati.

Capitulum xi.

¶ De origine peccatorūz finalium que sunt peccata in spiritumsanctum.

¶ Peccatis autem finalibus siue irremissibilibus cuiusmodi sunt peccata in spiritumsanctum hoc est tenendum. q̄ licet omne peccatuz generaliter sit contra deum trinum ⁊ vnum appropriate tamen dicitur aliquod peccatuz esse in patrem. aliquod in filium: aliquod in spiritum sanctum. Hoc autem peccatum in spiritum sanctum irremissibile dicitur in hoc seculo ⁊ in futuro non quia in hoc seculo non possit dimitti. sed q̄ raro dimittitur aut vix in hoc seculo quantum ad culpam. modicum autez ⁊ quasi nihil fiet remissio sibi in futuro quātum ad penam. Huius autem peccati sex sūt differentie. s. inuidia fraterne gratie: impugnatio veritatis agnite. desperatio: presumptio: obstinatio mentis. ⁊ impenitentia finalis. ¶ Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est. Quia cum peccatum dicat recessum a primo principio trino ⁊ vno. omne peccatum imaginem trinitatis deformat ⁊ ipsam animam fedat quantum ad triplicē potentiam. s. irascibilem: rationalem ⁊ concupiscibilem: ⁊ a libero arbitrio procedit qō gerit in se insigne trinitatis. s. patris ratione facultatis. filij ratione rationis. spiritussancti ratione voluntatis. Licet autem hec tria cōcurrant simul ad omnem culpam: quelibz tamen harum per suum defectum potest esse ratio deordinandi aliaō. Defectus autez circa facultatem est impotentia. circa rationem est ignorantia. circa voluntatem est malicia. Et hinc est q̄ cum quedaz sint peccata ex impotentia. quedam ex ignorantia: quedam ex malicia. ⁊ potentia attribuitur patri. sapientia filio: ⁊ voluntas spiritui sancto: q̄ quedaz dicuntur esse in patrem. quedam in filium. quedam in spiritumsanctum. Et quoniaz nihil magis est in voluntate q̄z ipsa voluntas. ⁊ voluntas ipsa est origo peccati. nullius peccatuz est adeo voluntarium ⁊ mere: sicut est illud quod prouenit ex corruptione existente in voluntate. Cum enim dupliciter dicatur inuoluntarium. s. per violentiam ⁊ per ignorantiam. primum per defectum potentie. secundum per defectum scientie. quando voluntas sola corruptiōe sua: licet possit resistere: ⁊ sciat hoc malum esse: aliquid eligit: tūc dicitur peccare ex certa malicia. ⁊ tale peccatum mere procedit ex impenitate voluntatis liberi arbitrij: ⁊ directe impugnat gratiā spiritussancti per quam fit remissio peccati. Et q̄ mere ꝓcedit ex libertate arbitrij. ideo non habet colorez excusationis. ⁊ propterea modicum ⁊ quasi nihil debet ei qui punitur de pena relaxari. Quia vero directe impugnat gratiam spiritussancti per quam fit remissio peccati. ideo dicit irremissibile. nō q̄ nullo modo possit remitti. sed q̄ quātum est de se directe est impugnatiuum medicamenti ⁊ remedij per quod fieri habet remissio peccati. Et quoniaz peccati remissio fit a deo per gratiam penitentialem intra ecclesiasticam vnitatem. ideo differentie huius peccati accipiuntur ꝟm quod directe impugnant illa tria. Aut enim impugnant ipsam gratiam penitentialez in se. Aut in comparatione ad deum a quo datur. Aut in comparatione ad ecclesiam in qua suscipitur. Si in comparatione ad vnitatem ecclesie. sic q̄ vnitas ecclesie consistit in fide ⁊ charitate. siue in gratia ⁊ veritate. sic est duplex peccatum. s. inuidia fraterne gratie: ⁊ impugnatio veritatis agnite. Si in comparatione ad deum autem. q̄ vniuerse vie eius quantum ad iustificationē maxime sunt misericordia ⁊ veritas. sic ē duplex peccatum. vnum quod impugnat misericordiam. ⁊ hoc est desperatio. aliud quod impugnat iusticiam. ⁊ hoc est impunitatis ꝓsumptio. Si vero impugnat ipsam gratiam penitentialem in se vel ꝟm se. sic est duplex. q̄ gratia penitentialis facit resilire a peccatis cōmissis: ⁊ precauere a cōmittendis. Cōtra primum est obstinatio mentis. contra secundum est impenitentia finalis. ꝟm q̄ finalis impenitentia dicitur propositum non penitendi. sic enim est species peccati in spiritū sanctum. Secundum autem q̄ finalis impenitentia dicit continuationem peccati vsq̄z in finem. sic est sequela omnium mortaliuz que in hac vita non remittuntur: ⁊ maxime omnium specierum peccati in spiritumsanctum. Et sic omne peccatum initium sumit a superbia. ⁊ consummationem siue finem habet in finali impenitentia. in quam qui peruenerit corruit in gehennam. a qua quidem impenitentia finali nullus peccō mortaliter potest liberari. nisi interueniat gr̄a mediatoris dñi nri. ⁊ ideo incarnationem ipsius desiderabat vniuersitas saluando: uz. cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum Amen.

Finit tertia pars.

¶ Incipit q̄rta pars de incarnatiōe ꝟbi.

Capitulum primum.

¶ De rōe qua decuit verbū dei incarnari.

Postquā predicta sunt aliq̄ de trinitate dei: de creatura mundi: ⁊ corruptela peccati. restat nunc aliqua breuiter dicere de incarnatione verbi. per quod quidez ꝟbū incarnatū facta est salus ⁊ repatio generis humani. nō q̄ aliter de⁹ hūanū gen⁹ saluare vl liberare nō potuerit. ꝟz q̄ nullus alius modus ita ꝯgruus ⁊ ꝯueniēs erat ipsi reparatori ⁊ repabili ⁊ repationi. ¶ Rō aūt ad intelligētiā predictoꝝ hec ē. Cū primū ꝓncipium effectuū rerū non poterat nec decuit eē nisi deū. ⁊ nō min⁹ fuit res ꝯditas reparare q̄z in esse ꝓducere. sicut nō min⁹ est bn̄ esse q̄z simpliciter esse decentissimū fuit rez pancipiū repatiuū esse deū sūmū. vt sicut oia creauerat deus p ꝟbū increatū. sic oia repararet p verbū incarnatū. Cūm ergo de⁹ oia fecit potēter ⁊ sapiēter ⁊ optime siue beniuolenter. decuit vt sic reparet reparāda q̄ suā potentiā ⁊ sapiaz ⁊ beniuolētiā oīderet. Quid aūt potēs q̄z ꝯiūgere extrema sūme distātia in vnā ꝑsonā. Quid sapiēs ⁊ ꝯgruētius q̄z q̄ ad ꝑfectionē totius vniuersi fieret ꝯiūctio primi ⁊ vltimi. ꝟbi. s. dei. qō est oiuz ꝓncipiū: ⁊ hūane nature q̄ fuit vltima oiuz creaturarū. Quid beniuolentius q̄z q̄ dīus ꝓpter serui salutē accipiat formā serui. imo hoc tāte benignitatis est vt nihil clemētius. nihil amabilius: nihil benigni⁹ cogitari possit. Conueniētissim⁹ ergo erat hic modus deo reparatori ꝓpter cōmendandā diuinā potentiā: sapiētiā ⁊ beniuolētiam. ¶ Rursus q̄ hō cadens in culpā auerterat se ⁊ recesserat a primcipio. o potētissimo: sapiētissimo ⁊ beniuolentissimo. iō conuerat in ifirmitatē: ignorātiaz ⁊ malignitatē. ac p hoc de spūali effect⁹ carnalis aialis ⁊ sensualis. ⁊ ideo inepti⁹ erat ad diuinā virtutē imitandam: ad lucē ꝯgnoscendā: ad bonitatē diligēdam. Ad ꝟ igit q̄ hō

ab isto statu repararetur congruentissimum fuit vt ei condescenderet primū principium reddendo se illi noscibile: amabile ⁊ imitabile. Et q̄ homo carnalis: ai alio ⁊ sensualio nō nouerat nec amabat: nec sequebat nisi sibi ꝓportionabilia ⁊ ꝓsimilia. ideo ad eripiendum hoiem de hoc statu. verbū caro factū est vt ab hoie qui caro erat ⁊ cognosci posset ⁊ amari ⁊ imitari. ac per hoc ⁊ homo deum cognoscens ⁊ amās ⁊ imitans remediaret a morbo peccati. ¶ Postremo q̄ homo p se fecte repari nō poterat: nisi recuperet mētis innocentiā; dei amiciciā: ⁊ suam excellentiaz qua soli deo subderat. ⁊ hoc non potuit fieri nisi per deū in forma serui. ideo ꝓgruz fuit verbū incarnari. Excellentiā nāq̄z recuperare nō poterat nisi repator: essz deus. q̄ si mera creatura: tunc hō esset subiectus mere creature: ⁊ sic non recuperaret statū prioris excellētie. Amiciciā quoq̄z dei recuperare nō poterat nisi p mediatorē ꝓuenientē qui manum posset ponere in vtrunq̄z: ⁊ vtriq̄z parti cō formis esset ⁊ vtriq̄z amicus. ⁊ ideo sicut similis deo per diuinitatē. sic similis hoi p humanitatē. Innocentiā vero mētis recuperare nō poterat nisi dimissa culpa. quā diuinitere nō decebat diuinā iusticiā nisi per satisfactionem ꝺdignaz. ⁊ q̄ satisfacere nō poterat nisi deus pro toto humano genere. nec debebat nisi homo qui peccauerat. iō ꝓgruentissimū fuit humanū genus repari p deū hoiem natum de genere ade. Amē ergo excellentia recuperari nō poterat nisi p repatorē excellentissimū. nec amicitia reformari poterat nisi p mediatorē amicabilissimū. nec inocētia reqri poterat nisi p satisfactorē sufficientissimū. excellētissimus aūt repator: nō est nisi sit deus. amicabilissimus mediator: nō est nisi sit homo. sufficientissimus satisfactor: nō est nisi sit deus piter ⁊ hō. ꝓgruissima fuit nostre reparationi incarnatio verbi. vt sicut genus humanū in esse creuerat p verbū increatū. ⁊ in culpā ceciderat p verbū inspiratū. sic a culpa resurgeret p verbū incarnatū.

Capitulū. ij.

¶ De incarnatione verbi quantuz ad vnionem naturarum.

Circa ipsum igit verbū incarnatuz tria nobis ꝓsiderāda occurrunt. s. vnio naturaz. plenitudo charisma tum: ⁊ ppassio passionū pp redimēdū genꝰ humanū. Circa naturaz vnionē ꝫ tria ꝓsiderāda sunt ad intelligendū incarnatōis mysteriū. s. opꝰ modus ⁊ tps. De ope aūt incarnatiōis hec tenēda sunt ꝺm fidē catholicā. s. q̄ incarnatio est opatio trinitatis. p quā fit assumptio carnis a diuinitate. ⁊ vnio diuinitatis cū carne. ita q̄ assumptio nō nīsi est carnis sensibilis. sed etiā spūs rōnalis. ꝺm potentiā vegetandi: sentiendi ⁊ intelligendi. ita etiam q̄ vnio nō sit in vnitate nature: sed psone. nō humane sed diuine. nō assumpte sed assumētis. nō psone cuiuslibet sed psone solius ꝺbi. in qua tanta sit vnio vt quicḡd dicit de filio dei dicat de filio hois. ⁊ ecōuerso. hiis tamē exceptis in q̄bus exprimit vnio vel claudit negatio. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia incarnationis opus non solū est a p̄mo principio inq̄ntuz é effectiuū i pducēdo. verūetiā inq̄ntuz repatiuū remediādo. satisfaciēdo ⁊ recōciliādo. Amē ergo incarnatio inq̄ntū dicit aliquē effectū est a p̄mo principio qō oia facit rōne sime ̄ trinis. ⁊ substātia virtus ⁊ opatio vnita est ⁊ indiuisa oīmode in tribus psonis. hinc est q̄ necesse é incarnationis opationē a tota trinitate manare. Quia ꝩo est a primo principio inquantū est repatiuū remediādo: ⁊ totū genus humanū lapsum fuerat ⁊ viciatū. nō solū rōne animę verūetiā ⁊ carnis. hinc est q̄ necesse fuit q̄ totū assumeret vt totū curaret. Et qm̄ nobio magis nota est pars carnis: ⁊ magis a deo distat. vt exp̄ssius fiat nominatio: ⁊ maior exprimat humiliatio: ⁊ profundior explicet dignatio. hinc est q̄ opus istud non inanimatio ꝫ incarnatio nominat. ¶ Rursus q̄ cū sit a p̄mo principio inquātum est repatiuum satisfaciendo. ⁊ satisfactio non fit nisi ab eo qui debet ⁊ potest. ⁊ nō debet nisi homo: nec pōt nisi deus opōuit q̄ in satisfactione simul esset ꝓcursus vtriusq̄z nature. diuine. scz ⁊ humane. Et q̄ impossibile est q̄ diuina natura cōcurrat cum alia. sicut pars ad constitutionē tertij. nec q̄ ipsa tranleat in aliā naturam. nec alia natura trā seat in ipsam: ꝓpter simplicitatem ⁊ intransmutabilitatē ipsius perfectissimā. hinc est q̄ deitas ⁊ humanitas nō vniuntur in vnitate nature nec accidentis. vniunt igitur in vnitate persone ⁊ hypostasis. Et qm̄ diuina natura in nullo supposito potest subsistere ꝓter q̄z in ꝓpria hypostasi. ideo vnio illa nō potest esse in hypostasi seu persona hominis ꝫ dei ac per hoc per illā vnionez primū principiū in vna suaz hypostasim fecit seipsiz suppositum humane nature. ⁊ ita vna tm̄ est ibi p sonalitas ⁊ vnitas personalis: ex parte. s. assumentis. ¶ Postremo. q̄ est a primo principio vt est reparatiuū reconciliando. ⁊ reconcilians est mediator. mediatio aūt ꝓprie ꝓuenit dei filio. ideo ⁊ incarnatio. Mediatorio nāq̄z est necesse mediū inter hominem ⁊ deum. ad reducendum hominem ad diuinam cognitionem: ad diuinam ꝓformitatem: ⁊ ad diuinā filiationem. Nullū autem decet magis esse mediū q̄z personā que producit ⁊ producit: que est media triū psonarum. Nullūq̄z magis decet reducere hoiez ad diuinā cognitionē q̄z verbū. quo se pater declarat. qō est vnibile carni sicut ⁊ verbuz voci. Nullūq̄z magis decet reducere ad diuinā ꝓformitatē q̄z eū qui est imago patris. Nullūq̄z magis decet ad filiationez adoptiuam reducere q̄z filiū naturalē. ac per hoc nullū magis decet fieri filiū hois q̄z ipsum filiū dei. Amē igit idē oīno est filius hois ⁊ dei rōne incarnatiōis. ⁊ quecūq̄z vni ⁊ eidē sunt eadē inter se sunt eadē. hinc est q̄ necessario fit cōmunicatio idiomatū. nisi sit vocabulū in quo aliqua repugnātia includat sicut sunt illa in q̄bus includit respectus vnionis vnius nature ad alterā. sicut vnire: incarnari: assumere ⁊ assumi. vel negatio alicuius. cuius oppositū alteri ꝓpetit. sicut incipe esse creari ⁊ ꝓsimilia. in quibus instātia tenet contra regulā ꝓhabitā ꝓpter causam ꝓdictā.

Capitulū iij.

¶ De incarnatione quantū ad modum.

Et mō incarnationis hoc tenendū é q̄ angelo nunciāte virgini mysterū incarnationis ꝓficiendum in ipsa. virgo credidit: appetijt: ⁊ ꝓsensit. spūssactus in eam supuenit ad sanctificandū ⁊ fecūdandum. cuius virtute virgo ꝓcepit dei filium. qué virgo pepit. ⁊ post partū virgo pmansit. Concepit aūt nō solū carné verūetiā carnem animatā: ⁊ verbo vnitā: nulli peccato obnoxiā. sed oīno sanctā ⁊ imaculatā. rōne cuius mater dei dicit: ⁊ est dulcissima virgo maria. ¶ Ratio aūt ad intelligentiam pdictoꝝ hec est. Quia incarnatio est opus manans a primo principio inquantū est reparatiū modo ꝓgruentissimo. nō cōmunissimo ⁊ mō ꝓpetissimo. Decet enim eius sapiam opari ꝓgrue. decet eius largitatem opari cōmuniter. ⁊ virtutē opari pfecte. ¶ Amē ergo incarnatio est a primo principio reparante mō ꝓgruētissimo: ⁊ ꝓgruuo modo é q̄ medicina ex opposito rideat morbo: ⁊ reparatio lapsui. ⁊ remediū nocumento. Cū ergo genus humanū lapsum fuerit per diabolicam suggestionē. ⁊ per ꝓsensuz mulieris decepte ⁊ p generationē ꝓcupiscentialē transfundē ⁊ p generationē ꝓcupiscentialē in plē. optuit q̄ econtrario b̄ esset angelus bonus suadens bonū. ⁊ virgo credēs ⁊ ꝓsentiens in bonū suasum: ⁊ charitas spūssancti sanctificans ⁊ fecundās ad cōceptum imaculatū vt sic ꝓtraria ꝓtrariis curarentur. Ac per hoc sicut mulier p diabolum decepta. ⁊ per virū ꝓcupiscibiliter cognita ⁊ corrupta transfudit in omnes culpā: morbū ⁊ mortē. sic mulier per angelū erudita: ⁊ p spūmsanctū sanctificata ⁊ fecundata. absqz oī corruptione tā mentis q̄z corporis. plem generaret. que oībus ad ipsam venientibus daret grām: sanctitatem ⁊ vitam. Rursus q̄

incarnatio est a primo principio reparante modo cōmunissimo. nam per verbum incarnatū reparat lapsus hoim ⁊ angelorum: vt pote celestiū ⁊ terrestriū: ⁊ hoim lapsus reparatur ꝑ m virtutē ⁊ sermonē. vt medicamētum sit cōmune oibus: decentissimū fuit q ad incarnationis mysteriū fieret ꝓcursus angeli mulieris ⁊ viri. Angelu vt denūciantis: mulieris virginis vt concipientis. viri vero vt ꝓcepte prolis. vt sic angelus gabriel esset nūcius patris eterni. virgo imaculata esset templum spūssancti: plesq concepta esset ipsa ꝑsona verbi. Ac per hoc in cōmuni reparatione oium cōmunis fieret ꝓcursus triū de triplici hierarchia. s. diuina angelica ⁊ humana. ad insinuandū nō solū trinitatē dei. verū etiā generalitatē beneficij: ⁊ liberalitatē reparatoris summi. Et qm̄ liberalitas spūssancto appropriat ⁊ sanctificatio virginis i qua pacta fuit verbi conceptio. hinc est q licet opus illud sit a tota trinitate. ꝑ appropriationem tñ dicit virgo concepisse de spūssancto.

¶ Postremo qm̄ est a primo principio reparante modo cōpletissimo. hinc est q in cōceptione cōpletio debita fuit in ꝑ'e: fuit i cōceptu: fuit ⁊ in virtute ꝓcipiente. Et q: completio debita debuit esse in prole. hinc est q̄ in instanti ꝓceptionis nō tm̄ fuit seminis decisio: verūetiā ꝑsolidatio: ꝑfiguratio: viuificatio per animā. ⁊ deificatio per deitatē vnitam. vt sic virgo dei filium vere conciperet. per vnionem carnis ad deitatē. mediāte spiritu rōnali. per quē tanq̄ per mediū ꝓgrue tie caro erat idonea ad vnionē. Quia vero completio debita debuit esse in conceptu. cū ex quattuor modis tres modi ꝑducendi homine precessissent. primus nec de viro nec ō muliere sicut in ad.m. secūdus de viro sine muliere. sicut in eua. tertius de muliere ⁊ viro. sicut in oibus ꝓpagabiliter natis. decuit ad complementū vniuersi: quartū modū introduci. qui scz esset de muliere sine semine virili per virtutē summi operatoris. Quia vō completio debita debuit esse in virtute. hinc est q in cōceptione filij dei simul ꝓcurrit virtus innata: virtus infusa: ⁊ virtus increata. Virtus innata materiā ꝑparauit. virtus infusa purificando segregauit. virtus increata subito perfecit. qō nō poterat a virtute creata nisi successiue fieri. Et sic beatissima ⁊go maria mater fuit cōpletissimo modo: ipsum dei filiū concipiendo absq̄ viro fecundante spūssancto. Et quia in mente virginis amor spūssancti singulariter ardebat. ideo in carne eius virtus spūssancti miracula faciebat. gratia. scz partim excitante: ⁊ partim ad uitē: ⁊ partim eleuante naturā. iuxta quod cōceptus ille mirabilis erigebat.

Capitulū iiij.

¶ De incarnatione quantū ad plenitudinē temporum.

Et tempore vero incarnationis hoc tenendū est. q licet deus in principio potuerit incarnari. noluit tamē nisi in fine seculoꝝ precedente lege nature ⁊ lege figure: post prīarchas ⁊ ꝓphetas. qb⁹ ⁊ per quos fuit incarnatio repromissa. post quos incarnari dignatus est tanq̄ in fine tēporꝝ ⁊ plenitudine. iuxta qō dicit apostolus. At vbi venit plenitudo tp̄is misit deus filiū suum factum ex muliere: factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia incarnatio est opus primi principij repantis iuxta quod decet ⁊ ꝓuenit ꝑm libertatē arbitrij. ꝑm sublimitatē remedij: ⁊ ꝑm integritatem vniuersi. Nā sapientissimus artifex in agendo omnia hec attendit. ¶ An̄ ergo libertas arbitrij hoc requirit vt ad nihil trahatur inuita. sic debuit deus genus humanū reparare vt salutem inueniret qui vellet querere saluatorē. qui vero nollet querere saluatorē. nec salutē per ꝑsequens inueniret. Nullus aūt querit medicū nisi recognoscat morbū. nullus querit doctorē nisi recognoscat se ignorantē. nullus querit adiutorē nisi recognoscat se impotentē. Quia igit̄ homo in principio sui lapsus adhuc superbiebat de scientia ⁊ virtute: ideo p̄misit deus tēpus legis nature in quo ꝓuinceret de ignorātia. Et post cognita ignorātia sed permanēte superbia de virtute qua dicebat. nō deest qui faciat: sed deest qui iubeat: addidit legem ꝑceptis moralibus erudientē: ⁊ cerimonialibus aggrauantē. vt habita scientia ⁊ cognita imponētia: cōfugeret homo ad diuinam ⁊ gratiā postulandā. que data est nobis in aduentu christi. ideo post legē nature ⁊ scripture subsequi debuit incarnatio verbi. ¶ Rursus quoniā sublimitas remedij requirit vt credat̄ fide firmissima: ⁊ amet̄ charitate ardentissima: tanq̄ mysteriū secretissimū ⁊ salubrerrimū: ideo ꝓgruentissimū fuit vt ante christi aduentū p̄irent multa testimonia ꝑ plectarū. tam explicita in verbis: q̄ implicita in figuris. vt multis ⁊ firmis testimonijs qō erat secretū fieret certum ⁊ indubitabile ad credendū. Preirent etiā multiplicia promissa: ⁊ ardentissima desideria. vt promissū beneficiū expectaret: expectatū differretur. dilatum amplius desideraret: ⁊ diu desideratum seruentius amaret: ⁊ gratiosius susciperetur ⁊ susceptum sollicitius seruaretur. ¶ Postremo qm̄ integritas ⁊ ꝑfectio vniuersi requirit vt vniuersa sint ordinata q̄tū ad loca ⁊ quantū ad tpa. ⁊ hoc opus. scilicet incarnationis erat pulcherrimū inter omnia opa diuina. ⁊ processus debet esse ab imperfecto ad perfectū ⁊ nō econuerso. hinc est q opus illud debuit fieri in fine temporum. vt sicut primus homo qui erat totius mūdi sensibilis ornamentū. vltimo fuerat conditus. s. sexto die ad totius mundi completionē. sic secundus hō totius mundi repari cōplementū. in quo primū principiū coniungit cū vltimo scz deus cū limo. fieret in fine temporꝝ. hoc est in sexta etate. que est etas apta ad exercitiū sapientie: ⁊ ad eneruationē ꝓcupiscentie. ⁊ ad transitum a statu turbinis ad quietem. omnia competunt sexte etati decursus mundi ꝓpter incarnationem filij dei. Quoniam ergo aduentus christi fuit in tempore legis gratie. ⁊ in exhibitione misericordie repromisse: ⁊ in ꝑncipio etatis sexte. ⁊ hec omnia dicunt plenitudinem. quia lex gratie implet legem scripture: ⁊ solutio promissi implet ꝑ missionem: ⁊ sexta etas rōne perfectionis senarij sonat in plenitudinē. hinc est q in aduentu filij dei dicitur esse plenitudo temporum. non ꝓpter hoc q in eius aduentu tēpus finiatur: sed quia temporalia mysteria impleantur. Sicut autem christus non debuit venire in principio temporis. quia actus eius nimis fuisset festinus. sic nec debuit differre vsq̄ in finem vltimū. q̄ tunc nimiū esset tardus. Decebat enim saluatorē q̄ inter tempus medi ⁊ tempus iudicij introducere tempus remedij. Decebat mediatorem quedam suoꝝ membrorum ꝓcedere. quedam sequi. Decebat ductorem persecutū tūc se ostendere cum esset opportunitas currendi ad beatum. ⁊ hoc est in fine temporum ⁊ citra terminum. ⁊ in approximatione ad finale iudicium. vt per timorem iudicij stimulati ⁊ per spem premij attracti. ⁊ per perfectionem exempli animati. vigorose ⁊ perfecte sequamur ducem de virtute in virtutem. vsquequo perueniamus ad beatum felicitatis eterne.

Capitulū v.

¶ De plenitudine gratie christi quantū ad charismata in affectu.

Ostq̄ innotuit nobis verbū incarnatum quantum ad vnionem naturaꝝ. considerandū est quantum ad plenitudinem charismatū spūalium. Circa que primo consideranda est plenitudo gratie in affectu. deinde plenitudo sapientie in intellectu: ⁊ postremo plenitudo meriti i operere ⁊ effectu. ¶ De plenitudine igitur gratie in affectu in christo hoc tenendum est. q in christo a sui cōceptione fuit plenitudo omnis gratie quantū ad gratias singularis personē. quantum ad gratiam capitis. ⁊ quantum ad gratiam vnionis. ita q per gratias singularis persone habuit omnis culpe im-

nunitatē:⁊ quantū ad actum ⁊ quantus ad posse: quia nec peccauit: nec peccatū potuit habere. Per grām vnionis dignus est non nūi felicitate glorie verūetiam adoratione latrie. que est cultus reuerētie soli deo debite. Per gratiā vero capitis influit motū ⁊ sensum in vniuersos qui ad eū accedūt. vel p fidem rectam. vel p fidei sacramēta: siue ad uentū eius pcesserint siue fuerint subsecuti. Nam ⁊ qui bibant. ⁊ qui sequebant damabant. osanna filio dauid. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia reparatio est operatio p̄mi principij. ita q̄ ab ipo manat p̄m libertatē: ⁊ ad ipsum reducit p̄m cōformitatē. ideo oportet q̄ fiat per gratiaꝝ et deiformitatē. Gratia enim ⁊ manat a deo liberaliter: ⁊ reddit hoiem deiformē. Nūi ergo reparatiuū principiū per gratiā reparat. ⁊ omnes res plenius ⁊ perfectius est i suo fonte ⁊ origine q̄ꝫ alibi. necesse est q̄ in principio nostro reparatiuo: scz̄ christo dño fuerit omnis gratie plenitudo. Et q̄n̄ reparatiuū p̄n cipiū in repando non tm̄ tenet rōnem principij: veruētiā medij ⁊ extremi. extremi q̄dez in satisfaciendo: medij in reconciliādo. ⁊ p̄n cipij insuper influendo. ideo necesse est q̄ i christo fuerit plenitudo gratie ratione extremi satisfaciētis. medii reco̅ciliantis ⁊ principij superinfluentis. Quoniā igit extremum ad satisfaciēdū idoneum necesse est esse deo placens. ac per hoc omni peccato perfecte immune. ⁊ hoc non potest esse nisi per donum diuine gratie in aliquo homine: necesse fuit ponere in christo gratiam ipsum sanctificantē ⁊ p̄firmantē. quā vocamus grām singularis persone. Rursus q̄n̄ medū ad reco̅ciliandū q̄uenies nō est nisi habeat in se vtranq̄ naturam. superiorē ⁊ inferiorem scz̄ adorabilē ⁊ adorantē. ⁊ hoc nullo modo fieri potest: nisi p̄ summā dignationem ⁊ gratuitam vnionē. ideo necesse est in christo ponere gratiam sup̄ omnē grām. ⁊ oīmoda reuerentia venerandā. quam vocamus grām vnionis. ratione cuius christus homo est super omnia benedictus deus. ⁊ ideo cultu latrie venerādus. ¶ Postremo q̄ principiū ad influendum efficax nō est nisi habeat in se plenitudinē fontale ⁊ originalem. que non tm̄ est plenitudo sufficientie. sed etiam superabundantie. ideo necesse est verbum incarnatum esse plenum gr̄e ⁊ veritatis. ita q̄ de plenitudine eius accipere valeant vniuersi iusti sicut vniuersa mēbra a capite recipiunt influentiā motus ⁊ sensus. Et p̄pter hoc vocatur hec gr̄a: gratia capitis. p eo q̄ sicut caput habet in se sensuū plenitudinē: ⁊ ceteris mēbris est p̄forme: ceterisq̄ p̄sidet. ac ceteris beneficiū p̄stat influentie que ipsi capiti connectunt. sic christus habeno in se gratiam superabundantē: ⁊ nobis p̄similis in natura p̄eceteris sanctus ⁊ iustus: ceteris qui ad ip sum accedūt p̄stat beneficiū gr̄e ⁊ spiritus per que fit sensus ⁊ motus in spūalibus. Et quoniā ad ipsum accedere est p fidez vel p fidei sacramentū. ⁊ fides christi eadem est in p̄teritis: p̄sentibus ⁊ futuris. ideo ratio influendi in christo ponit respectu omniū: taz p̄teritoꝝ q̄ꝫ p̄sentium q̄ꝫ etiā futuroꝝ in christū credētium: ⁊ in christo renatoꝝ. qui per fidē copulant christo: ⁊ p gratiā influentem fiunt mēbra christi ⁊ tēpla spiritus sancti ac p hoc filij dei patris conneri ad inuicē p indissolubile vinculum charitatis. Quod sicut distantia locoꝝ nō diuidit. sic nec diuturnitate tēpoꝝ sep̄atur: ac p hoc oēs iusti vbicunq̄ sint: ⁊ q̄ncunq̄ fuerint: vnum efficiūt corpus christi mysticum: sensum ⁊ motuꝝ suscipiēdo ab vno capite influēte: p̄m fontalez radicalē ⁊ originalē plenitudinē omnis gratie in christo habitantē sicut in fonte.

Capitulū vi.

¶ De plenitudine sapie xp̄i in intellectu.

D E plenitudine vero sapiētie christi in intellectu hoc tenēdum est. q̄ in verbo incarnato: christo scz̄ dño nostro fuit omnis sapiētie plenitudo. nō solum q̄ꝫtum ad cognita. veruētiaz quo ad cognoscendi modos ⁊ differētias. In christo nāq̄ fuit cognitio sempiternalis ex parte deitatis cognita sensibilis ex pte sensualitatis ⁊ carnis. cognitio scientialis ex parte mentis ⁊ spiritus. Et hec fuit triplex. quedam. scilicet p naturam: quedam per gratiam. ⁊ quedam p gloriam. Unde sapientiaz habuit: ⁊ vt deus. ⁊ vt homo: ⁊ vt comp̄rehensor: ⁊ vt viator. ⁊ vt illuminatus per gratiam. ⁊ vt recte formatus per naturā. Et ita in vniuerso fuerūt in christo quinq̄ modi cognoscēdi. Primus est p̄m diuinam naturā: ⁊ hoc modo cognouit omnia actualia ⁊ potentialia: finita ⁊ infinita: cognitione actuali ⁊ comp̄rehensiua. Secūs est per gloriaz. ⁊ hoc modo cognouit oīa actualia ⁊ finita cognitione actuali ⁊ cō p̄hensiua infinita vero cognitiōe habitua li vel excessiua. Tertius per gratiam. ⁊ hoc modo cognouit omnia spectantia ad humani generis redemptionē. Quartus est p̄z natura integraz. cuiusmodi fuit in adam. ⁊ B modo cognouit omnia que spectant ad vniuersi constitutionē. Quintus est p̄m sensibilem experientiā. ⁊ hoc modo cognouit oīa que veniunt ad organa sensuū p̄m quē modum dicitur: q̄ didicit ex his que passus est obedientiam. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia sicut reparatiui p̄n cipij est nos reparare per liberalissimaz gratiam. sic etiā per p̄uidentissimā sapienniam. Quod enim p̄m ordinē sapientie conditum fuerat nō potest absq̄ luce ⁊ ordine sapiētie reparari. ⁊ ideo sicut christus debuit esse i munis ab omni culpa. sic elongatus debuit esse ab omni ignorantia. ac per hoc totaliter repletus superne sapientie luce ⁊ circumfulgentia. Quapropter cogninonē perfectam habuit p̄m vtrāq̄ naturaz et potentiam cognoscitiuam: ⁊ p̄m omniū rez existentiam. Quia ergo res habent esse in eterna arte. ⁊ in humana mente: ⁊ in ꝓprio genere. necesse fuit christum habere hanc trinomē rerum cognitionem. Quia vero res dupliciter potest cognosci in arte. scz̄ vel ab ipso artifice: vel ab alio ꝓtemplante artez. similiter habet. dupliciter cognosci in mente: etiam preter acquisitionem. que christo nō competit propter imperfectionē. scz̄ vel p̄m habitū infusum. hinc est q̄ necessariū fuit ad perfectam sapientie plenitudinem quinq̄ modos p̄dictos repiri in christo deo ⁊ homine vt in arte eterna cognosceret res ⁊ p̄ naturā deitatis. ⁊ per gloriam cō prehensionis. in mente aūt sua per habitum naturalem ⁊ innatū: sicut cognouerūt adam ⁊ eua: ⁊ angeli. ⁊ per habitū gratuitū ⁊ infusum. sicut sancti dei per spūm sanctū illuminati. in proprio vero genere cognosceret vias sensus ⁊ memorie ⁊ experiētie. que in nobis facit rem incognitā cognosci. in christo vero rem cognitam p̄m vnum modū: cognosci secit p̄m alium modū. Quoniā aūt diuina substantia: virtus ⁊ operatio est immensa. hinc ē q̄ p̄m primū modū qui est p̄ naturā deitatis infinita actualiter cōprehendit. quodā enim ineffabili mō summe infinito. oīs infinitas ē finita. Quia vero creature q̄ꝫtūcunq̄ sublimate finita ē substātia virtus ⁊ opatio. ita tm̄ q̄ mens humana nō q̄scit nisi in bono infinito. nec tm̄ illud ꝓprie cōprehēdit. q̄ infinitū nō ꝓprehēdit a finito: accepta ꝓprehēsiōe ꝓprie. hinc est q̄ q̄ꝫtum ad scām modū: cognoscēdi: aia christi p gloriā ꝓprehensionis capit quantūcunq̄ pōt capere natura finita: per bonū infinitū bitificata cui est sume vnita. ac p hoc ad finita se extēdit actualiter cōprehēdēdo. ad infinita vo habitualiter. vel etiā excedēdo. nō enim pōt aia xp̄i cāpi vbo nec i scientia. nec in aliq̄ alio. Rursus q̄ gra maxime respicit opus repationis. hinc ē q̄ p̄m tertiū modū cognoscēdi. p grām p̄fectissimā cognouit xp̄s oīa q̄ spectāt ad repationē nostrā. lōge excellētius ⁊ melius q̄ꝫ aliqs ꝓphetaꝝ vel etiā angelorum. Amplius q̄ natura hois p̄s instituta nata erat oibus creaturis p̄esse ⁊ ipsas nosse tanq̄ eas q̄ debeant sibi p̄uire: sic̄ patuit in p̄mi hois ꝓditiōe. hic est q̄ q̄ꝫtū ad q̄rtū modū cognoscēdi cognouit xp̄s oīa que spectant ad mundanam

machinā ꝓstruendam: longe excellentius q̄z adam. ¶ Postremo q̄ sensus nō est percepti uus rei nisi ad obiecti p̄sentiā. hinc est q̄ ꝑ̄ cognitionem sensitiuaz non simul cognoscebat omnia. sed modo hec: modo illa. iuxta q̄ opportunū erat ad reparationem humani generis faciendam.

Capitulū. vij.

¶ De plenitudine meriti christi in effectu.

Plenitudine aūt meriti christi hoc tenendum est q̄ in christo dño fuit omnis meriti pfectio ⁊ plenitudo. ¶ Primo quātū ad eū qui merebat: q̄ nō tm̄ fuit hō: verūctiā deus. Scdo quantū ad ips in quo merebat. q̄ ab instanti ꝯceptiōis sue vsq̄z ad hore mortis sue. Tertio quantuz ad id ꝑ q̄d merebat. q̄ ꝑ perfectissimū habitū charitatis: ⁊ pfectissimū exercitiū virtutis in orando in agendo: ⁊ in patiendo. Quarto quantū ad eū cui merebat: q̄ nō tm̄ sibi: verūetiam nobis. immo oibus iustis. Quinto quantū ad illud qđ merebat nobis. q̄ non tm̄ gloriā verūctiā gr̄am ⁊ veniā. ⁊ non tm̄ gloriam spūs. sed etiā stolam carnis: ⁊ aptionem ianue celestis. Sexto quantuz ad id qđ merebat sibi. q̄ licet nō mereretur sibi glorificationem mentis quā iam habebat: merebatur tū glorificationē corpis ⁊ accelleration em resurrectionis: ⁊ clarificationē sui nois ⁊ dignitatē iudiciarie potestatis. Septimo quantū ad modū quo merebatur. Cū enim tripliciter dicat aliquis mereri. vel de indebito faciendo debitū. vel de debito faciendo magis debitū. vel de debito vno modo faciendo debitū alio modo. Oibus his modis meruit nobis. tertio tm̄ modo meruit sibi. faciente hoc plenitudine gratie spūs sancti. ꝑ quā christus simul erat bt̄us ⁊ in statu meredi. ita q̄ sup eius meritū oia merita nostra habent fundari. ¶ Nō aūt ad intelligentiā p̄dictoꝝ hec est. Quia cum in principio reparatiuo. christo sc̄z dño nr̄o necessaria fuerit plenitudo gratie ⁊ sapientie: que sunt nobis origo recte ⁊ sancte viuendi. necesse est q̄ in christo fuerit plenitudo ⁊ perfectio oīs meriti ꝑm omnē modū plenitudinis. Quia enim in christo fuit plenitudo gr̄e vnionis ꝑ quam erat deus: ab instanti conceptionis habens gloriam ꝓpr̄ehensiōis ⁊ motū liberi arbitrij. hinc est q̄ necessario fuit in christo pfectio meriti. ⁊ quantū ad excellentissimā dignitatē merentis. ⁊ quantū ad celerrimā opportunitatē tpis. Rursus q̄ fuit in eo plenitudo gratie singularis persone ꝑ quaz habuit firmā charitatē. ⁊ oēs virtutes pfectas quantū ad habitus ⁊ exercitia. necesse fuit q̄ in eo esset plenitudo meriti quantum ad id ꝑ quod ꝓtingit mereri cuiuslibet est radix charitatis ⁊ actus multiplicis virtutis. Amplius q̄ fuit in eo plenitudo gratie capitis. per quā plenissimā habuit influentiaz in membra sua. hinc est q̄ plenitudinē habuit meriti. non tm̄ respectu sui sed etiam respectu nostri. quibus sicut omnia spūalia q̄ habemus influit rōne deitatis. sic meruit rōne assumpte humanitatis. siue sint bona status p̄sentis: siue eterne felicitatis. Postremo q̄ tantoꝝ charismatū plenitudo necessario ponebat in christo summā ⁊ pfectā felicitatē ꝟs sui partem superiorē. licet dispēsatiue ꝓpter nos esset in statu vie. hinc est q̄ perfectionē habuit meriti quantū ad id qđ meruit sibi. q̄ nō gloriā ⁊ beatitudinē anime ꝯcreatā. q̄ naturaliter in ipso omne meritū anteibat. ſz solum illa cū quibus status vie stare nō poterat. sicut stolā carnis cū glorificatione sue excellentissime dignitatis. hinc est q̄ pfectionē habuit meriti quantū ad modum merendi. Quia enim in ipso ab instanti ꝯceptiōis fuit perfectissima plenitudo: statim oia meruit q̄ potuit mereri respectu sui. ac ꝑ hoc de debito vno modo facere potuit debitū alio modo. de debito aūt debitū vel de debito magis debitū facere nō potuit sibi. q̄ nullo modo potuit in sanctitate ꝓficere: cū a principio esset sanctissimus. fecit tamen hoc nobis qui merito ipsius iustificamur per gratiam: ⁊ proficimus in iustitia. ⁊ per eternam gloriam coronamur. Ac per hoc in merito christi radicata sunt omnia merita nostra siue salutaria pene. siue meritoria vite eterne. quia nec ab offensa summi boni digni simus absolui. nec immensitatem eterni premij que deus est digni simus lucrari. nisi per meritum hominis dei: cui dicere possumus ⁊ debemus. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Ipse inquaz est dominus cui ꝓphēta dixit. Dixi dño: deus meus es tu qm̄ bonoꝝ meoꝝ non eges.

Capitulū. viij.

¶ De passione christi quantum ad statum patientis.

Ostāz circa verbū incarnatum cōsiderata est vnio naturarū: ꝓsiderata est nihilominus plenitudo charismatum. deinde considerandus est tollerantia passionum. Circa quā considerandus ē status patientis: ⁊ modus patiēdi. ⁊ exitus passionis. De statu vero patientis hec tenenda sunt. scilicet q̄ christus assumpsit non tantuz humanā naturā sed etiam defectus circa naturam. Assumpsit enim penalitates corporales: vt famē sitim ⁊ lassitudinē. Assumpsit ⁊ spūales: vt tristiciam gemitū ⁊ timorem. Nec tm̄ omnes corpales assumpsit. sicut sunt defectus egritudinū corpaliuz multiformiū. Nec oēs spūales. sicut sunt ignorantia. ⁊ rebelliones carnis ad spm̄. Nec qualiter cūq̄z. q̄ sic necessitatē patiendi susceperit: vt tamē nihil pati posset inuite. nec ꝑm voluntatē diuinitatis: nec ꝑm voluntatez rōnis. licet passio fuerit ꝯ voluntatem sensualitatis ⁊ carnis sicut exprimit oratio saluatoris que dicit. Nō sicut ego volo sed sicut tu vis. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia cuz principiuz reparatiuū in reconciliando: necessario habeat mediatoris officiū. ideo necesse est q̄ habeat cōuenientiā cū vtroq̄z extremoꝝ nō solum quantū ad naturā verūctiaz quantū ad ea que sunt circa naturam. Cum ergo deus est iustus ⁊ beatus. impassibilis ⁊ immortalis. hō vero lapsus est pcōr ⁊ miser. passibilis ⁊ mortalis. necesse fuit mediatorē dei ⁊ hoim: vt posset hoiem reducere ad deū cū deo cōiare i iusticia ⁊ bitudine: cuz hoie ꝺo in passibilitate ⁊ mortalitate. vt sic habēdo mortalitatē trāseuntē ⁊ beatitudinē ꝑmanentē: hoiem reduceret de p̄senti miseria ad vitā bt̄am. Sicut ecōtra angel⁹ malus habēdo immortalitatē cū miseria ⁊ iniustitia fuit mediator faciēs cadere in culpā ⁊ miseriā: ꝑ suggestionē suā. Cum ergo xp̄s mediator debuit hre innocētiā ⁊ bitudinē fruitionis: cū mortalitate ⁊ passibilitate. hinc est q̄ simul debuit esse viator ⁊ ꝓprehēsor. De omni enim statu aliq̄d habuit i se. ꝑm q̄ sūmpsisse de statu innocētie peccati imunitatē. de statu nature lapse mortalitatē. ꝺ statu ꝺo glorie bitudinē fruitionis pfecte. Rursus qm̄ penalitates vicios sic sunt ille q̄tuor ꝓpter pecm̄ originale inflicta. s. ignorātia. infirmitas: malicia: ⁊ ꝯcupiscētia. stare non possunt cū perfectissima innocētia. hinc ē q̄ has nec assumere debuit nec assumpsit. Ex ꝺo penē que sunt exercitiue ꝺ tutis pfecte: ⁊ iustificatiue hūanitatis vere nō simulate: potissime ille sunt que respiciunt mām naturā in cōmuni. sicut fames ⁊ furis in absentia alimēti. tristicia ⁊ timor in p̄sentia nocumēti. hinc est q̄ illas debuit assumere ⁊ assūpsit. Postremo q̄ nullus innocēs ꝺz inuitus aliquaz penā sustinere. q̄ hoc esset ꝯ ordinē diuine iusticie. null⁹ etiā mortalis vult mori ⁊ pati ꝑm appetitū nature: ⁊ naturaliter refugit mortez hinc est q̄ christus debuit habere hmōi pēnalitates. sic tm̄ vt nihil posset pati inuite ꝑm rationē. nō solum ꝓpter beatitudinē ⁊ deitatem ꝺipotentē sibi vnitam per quā poterat repellere omnia. sed etiā ꝓpter pfectissimaz innocētiā. qua ꝑm ordinez naturalis iusticie nihil pmittit pati inuite. sic etiam pateretur vt etiā hoc esset ꝓtra naturalē inclinatiōez ⁊ appetitū nature: qui est in sensualitate ⁊ carne. Et hinc est q̄ christus orans ꝑm rōnem: voluntatē carnis exprimebat: que passiones refugiebat. cum dicebat. Transeat a me calix

ste voluntatē rōnis volūtati patris ꝓforma
bat. ⁊ appetitui carnis ꝓponebat cum dice-
bat. nō mea voluntas sed tua fiat. Et sic vna
voluntas non erat alteri contraria. quia ꝺm
voluntatem diuinam quod iustum erat vo-
luit. ꝺm voluntatem rationis iusticie consen-
sit. sed ꝺm voluntatem carnis penam recusa
uit. sed tñ iustitiam non accusauit. Et sic vna
quęq; volūtas qđ suū erat operabat. ⁊ qđ ad
se pertinebat sequebat. voluntas. s. diuina iusti
ciam. voluntas rōnis obedientiam. volun
tas carnis naturā. Acceperbo nō erat i dixi
sto colluctatio ⁊ pugna. sed pacata ordinatio
⁊ tranquillitas ordinata.

Capitulū. ix.

¶ De passione xpisti quantum ad modum
patiendi.

Et modo aūt patiendi hoc tenendū
est. q̄ xp̄s passus est ꝑ passiōē ge-
neralissima, passione acerbissima.
passione ignominiosissima. passione interē-
ptoria. sed viuificatiua. Ꝑ passione inquā ge-
neralissima. quantum ad naturam humanā.
non solum ꝺm omnia membra corpis princi
palia. verūetiam ꝺm omnem animę potēti-
am. licet nihil pati posset ꝺm diuinam natu
ram. Passus est etiā passione acerbissima.
qz nō solū in dolēdo vt patiens per vulnera
sed etiā in dolendo vt operatiꝰ. ꝓpter nr̄a de-
licta. Passus est etiā passione ignominiosa:
⁊ ꝓpter patibulū crucis: quę erat supplicii
pessimoꝝ. ⁊ ꝓpter ꝓditū uniquoq; videlicz
latronū: cū quibus fuit deputatus. Passus
est ēt passiōe interēptoria. ꝑ separationē aie
a corpe. salua tñ vnione vtriusq; cū deitate.
Aliubema enim est qui dicit dei filiū natu
ram qui se nel' assumpsit aliq̄n religisse. Nō
aūt ad intelligentiā ꝓdictoꝝ hoc est. Ad re-
paratiū ꝓncipiū sicut ordinate ꝓduxit sic ⁊ or
dinate repare debuit genus humanum. Sic
igitur repare ꝺs. vt salua sit libertas arbitrij
saluus sit ordo: dei. saluus sit
etiā ordo regiminis vniuersi. ¶ Quia ergo
repare debuit salua libertate arbitrij: repa-
uit dando exēplū efficacissimū. Exēplū aūt
illud efficacissimū est qō inuitat ⁊ informat ho
minē ad cultū virtutū. Nihil aūt magis in
format hoiem ad virtutē: q̄z exemplū tolerā
di mortē ꝓpter iusticiā ⁊ obediētiā diuinaz.
mortē inq̄z: nō quācunq; sed penalissimam.
Nihil vero magis incitat q̄z tanta benigni
tas. qua ꝑ nobis altissimus dei filius: absq;
nostris meritis: imo cū multis nr̄is demeri-
posuit aiam suā. q̄ benignitas tāto maior: oñ
dit. q̄to ꝑ nobis gratiosa. ⁊ abiectiora pari
volūt deus. Qui enim ꝓprio filio suo non
pepcit sed ꝑ nobis oibus tradidit illū: quō
nō etiā cū illo oia nobis donauit. Ex quo in
uitamur ad ipz amādū: ⁊ amatū imitandū.
¶ Rursus. quia repare debuit saluo hono
re dei: ideo reparauit offerendo obsequium
satisfactiuū. Est aūt satisfacere honorem deo
debitum rependere. Honor autem deo sub
tractus ꝑ superbiā ⁊ inobedientiā: respectu
rei ad quā homo astringit: nullo modo me
liꝰ restituitur q̄z per humiliationē ⁊ obedē
tiā ad eā rē ad quā nullatenus tenebat. Am
ergo xp̄s iesus inq̄ntū deus: eq̄lis erat ꝓri
forma dei. inquantū hō innocens nullaten⁹
erat debitor mortis. oū sementiꝑm exiuiuit
⁊ factus est obediens vsq; ad mortē: exoluit
deo que nō rapuit: ꝑ obsequium satisfactio
nis perfecte. ⁊ obtulit sacrificium suauitatis
summe. ꝑ perfecta dei placatiōe. ¶ Postre
mo qz repare debuit saluo ordine regiminis
vniuersi. ideo per remediū conuenientissi-
mū reparauit. Conuenientissimū autem est
vt ꝓtraria ꝓtrijs curētur. Quia ergo homo
voleno esse sapiens vt deꝰ: peccauit in ligno
vetito: volēs delectari. ita q̄ inclinatꝰ est ad
libidinē: erectus in ꝓsumptionē. ac ꝑ hoc
totū genus humanū infectū est: ⁊ perdidit i
mortalitatē: ⁊ incurrit debitā mortem. hinc
est q̄ ad hoc q̄ hō reparetur conueniens re
medio deus factus hō voluit humiliari ⁊ in
ligno pati: ⁊ ꝓra vniuersalem infectionē pa
ti passione generalissima. ꝓ libidinē passiōe
acerbissima. ꝓ ꝓsumptionē passione ignō-

miniosissima. ꝓ mortē debitā ⁊ inuitam pati
voluit mortē nō inuitā sed volūtariā. Quia
ergo generalitas corruptiōis in nobis ifece-
rat nō solū corꝑ ⁊ aiam ꝫz etiā omnē corpis
partē: ⁊ oēm aie potentiā. hic est q̄ xp̄s pas
sus est in oi corpis parte ⁊ in oi potētia aie. ⁊
in supiori portiōe rōnis. q̄ summe in deo de
lectabat vt rō: ⁊ ꝓpter vnionē sui ad supius
⁊ sūme patiebatur vt natura. ⁊ ꝓpter cōiun
ctionē ad inferi⁹. q̄ xp̄s erat viator ⁊ cōpre-
hensor: simul. Rursus q̄ libido vehemēter
ifecerat in nobis aiam ⁊ carnem: ⁊ quātum
ad carnalia ⁊ quantū ad spūalia petā. hinc é
q̄ xp̄s ⁊ acerbissima passiōe passus est i car
ne. ⁊ amarissima cōpassus é in aia. Et q̄ in
carne erat maxima equalitas cōplexiōis: ⁊ ꝑ
fecta viuacitas sensuū. in aia ꝺo summa chari
tas ad deū: ⁊ summa pietas ad ꝓximū. hinc
est q̄ vterq; dolor fuit intēsissimus. Ampli⁹
q̄ timor: supbie aliq̄n ꝓsurgit iteri⁹ ex ꝓsum
ptiōe. aliq̄n exteri⁹ ex obstinatiōe ⁊ aliena lau
de. iō ad remediādū oēm supbiā xp̄s passus
est vtrūq; gen⁹ ignominie. ⁊ in se patiēte: ⁊
in conuitatu qđ habuit in passione. Postre
mo q̄ hec oia nō attingebāt diuinā naturaz
impassibilē sed solū humanaz: hinc est q̄ in
morte xpisti sic facta est diuisio aie a carne.
vt tñ salua esset vnitas ꝓsone ⁊ vnio tā car-
nis q̄z aīne cū deitate. Et q̄ vnio aie cum
corpe facit hoiem ⁊ facit viuum. hinc est q̄
xpistus nō fuit hō in illo triduo. licet anima
⁊ caro essent vnite cum verbo. Unde quia
mors in humana natura non potuit mortez
inducere in personam que semper fuit viua.
ideo mortua est mors in vita. ⁊ ꝑ xpisti mor
tem absorpta est mors in victoria: ⁊ devictus
princeps mortis: ac per hoc homo a morte:
⁊ causa mortis: per meritum mortis xpisti
tanq̄z per remedium efficacissimū liberat⁹.

Capitulum x.

¶ De passiōe xp̄i q̄ntū ad exitū passionis.

Exitu aūt passiōis xpisti ⁊ fructu
hec indubitanter tenēda sunt. q̄ aia
xpisti post passionem descendit ad
infernum sine ad limbum. ad liberationem
non omniū: sed eoꝝ q̄ inter membra xp̄i de
cesserunt. per fidē viuā vel ꝑ fidei sacramē-
ta. Post hec tertia die resurrexit a mortuis.
resumendo corꝑ⁹ qđ primo vinificauerat. ꝫ
nō tale quale prius fuerat. q̄ pri⁹ fuerat pas-
sibile ⁊ mortale. postea aūt resurrexit impas
sibile ⁊ immortale: viuens perpetuo. Deinde
post quadraginta dies ascēdit ad celos. vbi
super omnē creaturā exaltat⁹: sedet ad dexte
ram dei patris. Ad victū intelligit nō q̄z tū
ad statū qui nō cōpetit deo p̄ri: ꝫ q̄z tū ad ex
cellentiā bonoꝝ. q. s. residet in potioribꝰ bo
nis patris. Postremo interiectis decem die
bus misit in apl̄os ꝓmissuꝫ spūsanctum. ꝑ
quem congregata est ecclesia gentiū: ⁊ ordi
nata ꝺm diuersas distributiones officiorum
⁊ gratiarum. ¶ Ratio aūt ad intelligentiaz
predictoꝝ hec est. Quia sicut xpistus in q̄z
tum verbū increatū perfectissime oia forma
uit. sic inquātū incarnatum oia perfectissime
reformare debuit. Decet enī perfectissimuz
principiū opus nō dimittere citra perfectuz.
Debuit ꝫ reparatoriū principiū: redēptiōis
humane remediū producere ad pfectū. Ad hꝰ
aūt q̄ esset perfectissimū: oportuit q̄ eēt suf
ficientissimū ⁊ efficacissimū. Quia sufficien
tissimum. iō se extendit ad celestia: terrestria:
⁊ infernalia. Quia ergo per xp̄m sunt iserna
lia recuperata: terrestria remediata. celestia
reintegrata. ita q̄ primū hoꝝ fecit ꝑ veniaz
scōm ꝑ gratiaz. ⁊ tertiū per gliaz. iō post pas
sionem aia descēdit ad inferos ad liberādū
in inferno detentos. deinde resurrexit a mor
tuis ad vinificandū in pctis mortuos. ascen-
dit ad celos reducendo captiuitatē: ad rein-
tegrandū hierusalem celestez. misit spūsctm
ad edificandū hierusalez terrestrē. Que oia
necessario cōsequunt ⁊ exigunt ad sufficien
tiam reparationis humane. Rursus q̄ re-
mediū illud fuit efficacissimū: tā in eos qui
xp̄i aduentum pcesserūt: q̄z in eos qui sequū
tur. q tñ ad ipsuꝫ xpistū accesserūt ⁊ accedū t
⁊ eius membra fuerūt ⁊ sunt. tales aūt sunt qui

adherent ei per fidē:spem ⁊ charitatē.ideo remediū illud habere debuit efficaciā.primo in eos qui in christū crediderunt. credendo sperauerūt:⁊ sperādo amauerūt.ac p̄ statum debuit ad inferos descēdere:ad ipsorum liberationē. Undecapta iamua celi p̄ passionē q̄ satisfaciēdo amouerat rompheā mutādo sententiā diuinā:eripuit de inferno oia mēbra sua. Debuit etiam habere efficaciā precipuā in eos q̄ christi aduētū sequuntur:vt attrahēdo ad fidē:spem ⁊ charitatē:tandē ad gloriā p̄ducerēt celestē. ¶ Ut igit̄ ędificaret ad fidē qua credimus xp̄m verum hoiem ⁊ verū deū.qua etiā credimus eum voluisse nos redimere p̄ mortē:⁊ ad vitam nos reducere posse p̄ resurrectionē.ió voluit resurgere ad vitam imortalē.interiecto tm̄ spatio tpis debito.s.xxxvi.horarū.in quo oñ dēt q̄ vere mortuus fuit.nec magis accelerare debuit.ne si citius resurgeret:crederet q̄ nō vere mortuus fuisset:sed se mortuū finxisset:nec amplius differret:ne si sp̄ iaceret i morte crederet ipotēs ⁊ q̄ nullos posset ad vitā reuocare.ideoq̄ resurrexit tertia die. Amplius vt erigeret ad spēz.ad celestē alēdā gloriaz quā speramus. Sed q̄ spes nō oritur nisi ex fide imortalitatis future.ió non statim ascendit.sed spacio.xl.dierū interiecto:in quo p̄ multa signa ⁊ argumēta verā ostenderet resurrectionē.p̄ quā animus solidaretur in fide.⁊ subleuaret ad sperandā gloriaz celestē. ¶ Postremo vt inflāmaret ad charitatē misit ignē spūssancti in die pentheccostes. Et q̄ nullus b̄ igne replet:nisi q̄ petit:querit ⁊ pulsat:cū instāti ⁊ ipotuno spei desiderio.ideo non statim post ascēsionē misit. sed decē dierū spacio interiecto:in quo discipuli ieiūātes:orantes ⁊ gementes disposuerunt se ad spūssancti susceptionem. Ac per hoc sicut debitā seruauit horam in patiēdo. sic in resurgendo:sic in ascendendo in celuz. sic in mittendo spīritūsanctū.⁊ p̄opter fundationem trium virtutum p̄dictarū:⁊ p̄opter multa mysteria que in his tpibus implicantur. Et quoniā spūssanctus qui charitas est:⁊ per charitatē habetur: est omnium origo charismatum.ideo cū descendit spūssanctus effusa est plenitudo charismatū ad corpus christi mysticū ecclesiā. Et q̄ diuersa membra debēt esse in corpe perfecto:⁊ diuersoz mēbroz diuersa officia ⁊ exercitia:⁊ diuersoz officioz diuersa charismata.hic est q̄ vni datur per spīritū sermo sapientie. alij sermo scientie.alij fides. alij gratia sanitatū.alij operatio virtutū.alij ꝓphetia.alij discretio spirituū. alij genera linguarum. alij interpretatio sermonum.que omnia operat vnus atq̄ idem spūs:dividens singulis p̄ut vult b̄m suā liberalissimā p̄videntiam:⁊ prudentissimam largitatem.

Finit quarta pars.

¶ Incipit quinta pars de gratia spūssancti

Capitulū. p̄mū.

¶ De gratia inquantum est donum diuinitus datum.

Post tractatum de incarnatione verbi q̄ est origo et fons omnis doni gratuiti.

p̄ dicenda sunt aliq̄ de gr̄a spūssancti.que nobis quadruplicuer ꝓsideranda occurrit. Primo inquantum est donū diuinitus datum.scdo in ꝓpatione ad libez arbitriū.tertio in ꝓpatione ad habitus virtutū.quarto in ꝓpatione ad exercitia meritoꝝ. De gratia igit̄ inquantū est donum diuinitus datū hec tenēda sunt.s.q̄ ipa est donū quod a deo imediate donat ⁊ ifūn ditur. Etenim cū ipa ⁊ in ipsa dat spūssctūs qui est donū iucreatū optimū ⁊ pfectum.q̄ descendit a patre luminū p̄ verbū incarnatū b̄m q̄ iohes in apocalip̄i vidit fluuiū splēdidū ad modū crystalli ꝓcedere de sede dei ⁊ agni. Ipa nihilominus est donum p̄ quod anima efficit sponsa xp̄i.filia patris eterni.

⁊ templū spūssancti.q̄ nullo modo fit nisi ex dignatiua ꝓdescensione:⁊ condescensiua dignatione maiestatis eterne per donuz gr̄e sue. Ipa deniq̄ est donū q̄ aiam purgat illuminat ⁊ perficit: viuificat.reformat:⁊ stabilit.eleuat:assimilat:⁊ deo iungit.ac per b̄ acceptabilem facit. ꝓpter q̄ domi huiusmodi gratia gratū facies recte dicitur ⁊ debuit appellari. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoꝝ hec est. Quia cum primum principium ꝓductiuū p̄o sua summa benivolētia fecit spiritum rōnalem capacē beatitudinis eterne.⁊ reparatiuū principiū capacitatē illam infirmatā per peccatū reparauit ad salutem.⁊ beatitudo eterna constitit in habendo summū bonū:⁊ hoc est deus:⁊ bonū excellens imp̄oporcionabiliť ommē humani obsequij dignitatem.nullus oino ad.illud summū bonum dignus est peruenire.cū sit oio supra omnes limites nature:nisi a deo condescendente sibi eleuetur ipse supra se. Deus aūt non condescendit per sui essentiā incommutabilē.sed per suā influentiā ab ipso manantē.nec spūs eleuat supra se per sitū locale sed per habitū deiformē. Necesse ē igit spūi rōnali vt dignus fiat eterne beatitudis: q̄ participo fiat influentie deiformis.hec autem influentia deiformis.quia est a deo ⁊ b̄z deum:⁊ ꝓpter deum.ideo reddit imaginē nostre mentis conformē beatissime trinitati. non tm̄ b̄m ordinem originis.veritatiz b̄m rectitudinem electionis:⁊ b̄m quietudinem fruitionis. Et q̄m̄ qui hoc habet immediate ad deum reducit sicut imediate ei ꝓformat. ideo donū illud imediate donat a deo tā q̄m̄ a principio influxiuo.vt sicut imediate emanat a deo dei imago.sic imediate emanat ab ipso dei similitudo:que est divine imaginis perfectio deiformis.⁊ ideo dicitur imago recreationis. ¶ Rursus q̄m̄ qui fruitur deo deū habet.ideo cū gratia que sua deiformitate disponit ad dei fruitionē dat donum increatū q̄ est spūssanctus. q̄ qui habet:b̄z deū. Et q̄m̄ nullus deū b̄z quin ab eo spēalius habeat: nullus habet ⁊ habet a deo qui ipm̄ ꝓcipue ⁊ incōpabiliter diligat ⁊ diligat ab eo.ficut sponsa a sponso.nullus sic diligit quin ad eternam b̄titudinis hereditatē adoptetur p̄o filio.hinc est q̄ gratia gratum faciens facit aiam templū dei:sponsam christi. ⁊ filiam patris eterni. Et q̄ hoc nō p̄t eē nisi ex summa dignatione ⁊ ꝓdescensione dei ideo illud non pōt esse p̄ habitū aliquē naturaliter insertū.sed solū p̄ donū diuinitus gratis infusum.q̄ exp̄sse apparet:si quis pōderet q̄z est esse dei templū: dei filiū:deo nihilominus indissolubiliter ⁊ q̄si mirabiliter p̄ amorē ⁊ gratie vinculū copulatū. ¶ Postremo q̄ mēs nr̄a nō efficit ꝓformis b̄tissime trinitati b̄m rectitudinē electionis nisi p̄ virtutē goz̄ virtutē:splēdoz̄ veritatē:⁊ feruoz̄ charitatē.⁊ vigoꝝ virtutis aiaz purgat:stabilit ⁊ eleuat:splendoꝝ veritatis aiam illuminat:reformat ⁊ deo assimilat.feruoꝝ charitatis animā perficit:viuificat ⁊ deo ꝓiungit.⁊ ex his omnibus homo deo placens ⁊ acceptus existit.hinc est q̄ illa influentia deiformis dicitur habere omnes decē actus ꝓdictos.ita tm̄ q̄ denominat ab vltimo sicut a ꝓplentissimo. Dicit enim gratia gratū faciens:q̄ habētez facit deo gratū.cum nō solū gratis det a deo verūtiā sit b̄m deū:⁊ ꝓpter deū.cum ad b̄ sit vt p̄ ipsam opus manās a deo reuertat in deū in quo ad modū circuli intelligibilis ꝓsistit oīm spīritūm rōnaliū ꝓplementum.

Capitulū. ij.

¶ De gratia inquantum educit liberum arbitrium extra peccatum.

Secundo de spūssancti gratia occurrit nobis ꝓsiderandū in compatiōe

e ad libez arbitrium:⁊ b̄ b̄m duplicem modū. Primo.s.inquantū ipsa est adiutorium ad meritū.secundo vero inquantuz est remedium contra peccatum. ¶ De gratia ergo dei inquantum est adiutoriuz ad meredum hec tenenda sunt:q̄ cum gratia dicatur generaliter:specialiter ⁊ ꝓprie. Generaliter dicit adiutorium diuinum:creature li

ber aliter ⁊ gratis impensum. ⁊ indifferēter ad quēcūq; actum. ⁊ sine huiusmodi adiutorio gratie: nec possumus aliquid efficere: nec durare ineſſe. Specialiter vero dicitur gratia adiutorij diuinitus datū. vt quis preparet ſe ad ſuſcipiendum ſpūſſancti donum. quo perueniat ad meriti ſtatū. ⁊ talis dicitur gratia gratis data. ⁊ ſine hac nullus ſufficiēter facit quod in ſe eſt vt ſe ꝑparet ad ſalutem. Propie vero gratia dicit adiutorium datū diuinitus ad merendū. quod quidē dicitur donum gratie gratū facientis. ſine quo nullus poteſt mereri: nec in bono proficere: nec ad eternam peruenire ſalutem. Ipſa enīz tanq̄z radix merēdi omnia merita antecedit ꝑpter quod dictū eſt q̄ prevenit voluntatez vt velit. ſubſequitur autem ne frustra velit. Unde nullus ipſam mereri pōt merito cōdigni. ſed ipſa mereri augeri a deo in via: vt acta mereat: ⁊ ꝑfici in patria ⁊ gloria ſempiterna. ab ipſo deo: cuius eſt gratiā infundere: augere ⁊ perficere ſm coopationem voluntatis noſtre: ⁊ ſm ꝓpoſitū ſiue beneplacitū predeſtinatiōis eterne. ¶ Ratio aūt ad intelligentiaz predictorū hec eſt. Quia cū primū principiuz ſua omnipotenti virtute ⁊ benignissima largitate creaturam omnē de nihilo produxit adeſſe. ac per hoc creatura de ſe non habeat eſſe: totum autem eſſe habeat aliunde: ſic facta fuit: vt ipſa ꝓ ſua defectibilitate ſemper ſuo principio indigeret. ⁊ primū principium ꝓ ſua benignitate influere non ceſſaret. Cum ergo ſpiritus rationalis hocipſo q̄ de nihilo eſt. ſit in ſe defectiuus. hocipso q̄ natura limitata ⁊ egena ſit in ſe recurruus: amans ꝓprium bonum. hocipſo q̄ totus a deo: ſit totaliter deo obnoxius: et quia defectiuus eſt: de ſe tendit in non eſſe. quia recurruus per ſe non aſſurgit ad rectitudinem perfecte iuſticie. quia deo totaliter obnoxius: ⁊ deus bonis eius non indiget: nihil poteſt facere de ſe ⁊ ꝓpria virtute. ꝓpter qđ deum ſibi conſtituat debitorē: et maxime mercedis eterne que deus eſt: niſi per diuinam condeſcenſionez. hinc eſt q̄ ad hoc q̄ ſaluetur in eſſe: cum ſit defectiuus indiget ſemper adiutorio diuine preſentie: manutenentie: ⁊ influentie. per quam manutencat i eſſe: que q̄uis ſit vniuerſalis in creaturas omneo. nominatur tamen nomine gratie. q̄ non ex debito procedit: ſed ex liberalitate boni tatis diuine. Hinc eſt etiam q̄ ad hoc vt ſe ꝑparet ad donum ſuperne gratie: cum ſit recurruus indiget dono alterius gratie gratis date. maxime poſt naturam lapſam. ꝑ quam habilis efficiatur ad bona moralia. que ſunt bona ex circumſtantia. que nullo modo poſſunt dici bona niſi procedant ex intentiōe recta. videlicet q̄ nō ꝓpter nos ſed ꝓpter ſummum bonum fiant. ad quod non aſſurgit ſpiritus noſter recurruus: niſi preueniatur a deo per aliquam gratiam gratis datam.

Hinc nihilo minus ē q̄ ad hoc q̄ faciat bona opera meritoria mercedis eterne cum totaliter ſit deo obnoxius: ⁊ debitor: ſui totius: indiget dono gratie gratum facientis. per quā deus ſibi condeſcendat: prius acceptās ſuam imaginem ⁊ voluntatem q̄z operationem ex ipſo manantem. quia cum cauſa nobilior ſit ſuo effectu: nullus poteſt ſe facere melior: em. nec facere opus deo placens niſi prius placeat ipſe. vt deus prius ipſum reſpiciat: q̄z ad munera eius. et ideo omnis radix merendi fundatur in gratia gratum facientē. cuius eſt facere hominem deo dignum. ꝑpter quod nullus poteſt eam mereri merito condigni. ſed ſolum merito cōgrui. Ipſa aūt habita meretur ſuiꝑſius augmentum in ſtatu vie. per bonum eius vſum merito condigni. Nam cum ſolus deus ſit ipſius gratie fontale principiū influendi. ipſe ſolus eſt ꝑn cipium augmentandi per modum infundētis: ⁊ gratia per modū meriti ⁊ dignitatis. ⁊ liberū arbitriū ꝑ modū coopātis ⁊ mouentis: ꝑ eo q̄ liberū arbitriū cooperat gr̄e: ⁊ qđ ē gr̄e ſuū facit. ⁊ ideo non tm̄ liberū arbitriū ꝑ gram meretur gratie augmentū in ſtatu vie merito digni. verūetiam cōplementū in ſtatu patrie merito condigni. tū ꝓpter ſublimitatē doni ſpūſſancti in merito cooperantis. tum ꝑpter veracitatem dei ꝑmittentis. tum ꝑpter verisimilitudinem liberi arbitrij conſentientis. ⁊ finaliter perſeuerantis. tū ꝑpter difficultatē ſtatus merendi. tum ꝓpter dignitatem dñi noſtri capitis interueniētis. quod debet glorificari cū ſuis mēbris. tū etiā ꝑpter liberalitatē dei retribuentis: qđ non decet parua reddere. ꝑpter obſequiū ſibi fideliter obtēpantis. tum ꝑpter nobilitatē operis qđ ex charitate procedit. qđ tm̄ pōderat in conſpectu iudicis quantū amor ex quo ꝓcedit. qui deum incōꝑabiliter ꝓponit oīb⁹ creaturis. ⁊ ideo non ſufficienter ⁊ cōpeten ter pōt niſi in deo ⁊ ſummo bono remunerari. ex quibus omnibus tanq̄z ex ſeptez rationibus gloriā eternam merito non tantum congrui. ſed etiam cōdigni mereri facit gratia ſeptiformis. Capitulū. iij.

¶ De gr̄a inq̄tū iuuat ad bonū meritoriū

Egra vero inquantū eſt remediuz
o ꝓtra peccatū hec tenenda ſunt. ſcili cet q̄ liberū arbitrium. licet ſit ſub deo potentiſſimū: pōt tm̄ ꝑ ſe in peccatū corruere. ſ̄ nullatenus poteſt reſurgere ſine adiutorio diuine gr̄e. q̄ dicit gr̄a gratū faciēs. Illa aūt gr̄a licet ſit ſufficiēs remediū cōtra peccatū. nō tm̄ infundit adulto: niſi aſſit liberi arbitrij conſenſus. Ex quo colligit q̄ ad iuſtificationem impij quatuor ocurrūt. ſ. infuſio gratie. expulſio culpe: ↄtritio: ⁊ motus liberi arbitrij. Expellit ergo culpa a dei dono: nō a libero arbitrio: non tm̄ ſine libero arbitrio. Nam gratie gratis date eſt liberū arbitriuz reuocare a malo ⁊ excitare ad bonū. ⁊ liberi arbitrij eſt conſentire vel diſſentire. ⁊ conſentientis eſt gratiam ſuſcipere. ⁊ ſuſcipientj cooperari eidem vt tandē perueniat ad ſalutē

¶ Ratio aūt ad intelligētiā predictoz hec eſt. q̄ cū primū principiū hocipſo q̄ primuz ⁊ potentiſſimū ſit cauſatiuū oīm q̄ ſunt i vniuerſo: ꝓeter q̄z petōz: que ſunt tranſgreſſiones legis diuine. ⁊ celeſtiū inobedientie mādatoz. nihil habet ſibi rebelle iniuriosum ⁊ offenſiuū niſi petm̄. qđ ꝓtenendo dei ꝓceptum ⁊ auertendo nos a bono incōmutabili offendit deū: deformat liberum arbitrium. perimit donum gratuitum. ⁊ obligat ad ſupplicium eternū. Cuz igitur deformatio imaginis ⁊ peremptio gratie ſit quaſi ad nihilo nem ineſſe motis ⁊ vite gratuite: cum offenſa dei ſit tm̄ ponderanda quantus eſt ipſe. cum reatus pene eterne rationem teneat infiniti: impoſſibile eſt q̄ homo reſurgat a culpa niſi recreetur in vita gratuita: niſi remittatur offenſa ⁊ pena relaxetur eterna. Soluo igitur qui fuit principium creatiuū eſt ⁊ principiū recreatiuū ⁊ reparatiuū verbum. ſcz patris eternum: quod eſt ieſus chriſtus mediator dei ⁊ hoiuz. qđ q̄ omnia de nihilo creat ideo creat ſeipſo ſolo ſine aliquo iter medio.

Quia vero recreat deformatū per vitium culpe. reformando per habitū gratie ⁊ iuſtitie obligatū ad penam: abſoluendo per ſatiſfactionē ꝓdignā. hinc eſt q̄ nos repat fuſtinendo ꝑ nobis penā in natura aſſumpta. et infundendo gr̄am reformatiuā. que q̄m̄ continuat nos ſue origini: facit nos mēbra chriſti. ac per hoc aiam peccatricem que fuerat inimica dei. ꝓſtibulū dyaboli. ⁊ ſerua peccati: facit ſponſam chriſti: templum ſpūſſancti: ⁊ filiam patris eterni: quod totum ſit p gratuitam ⁊ ꝓdeſcenſiuam infuſionez dom gratuiti. ¶ Rurſus q̄m̄ deus ſic reformat: q̄ leges nature inditas nō infirmat. ideo ſic hāc gratiā tribuit libero arbitrio vt tm̄ ipſius nō cogat. ſed eius conſenſus liber maneat. ⁊ iō ad hoc q̄ culpa expellat nō ſolum neceſſe ē q̄ gratia introducat. verūetiam q̄ liberū arbitriū in adultis: in adultis dico: q̄n parunl ſufficit fides eccleſie: ⁊ meritū chriſti ⁊ exercitium impotentia ſui: neceſſe eſt inq̄z q̄ conformet ſe expulſioni culpe per deteſtationē omnium peccatoz: quā vocamus ↄtritionem. Eſt etiā neceſſe q̄ ꝓformet ſe introductioni gr̄e per ꝓplacentiā ⁊ acceptatiōem dom diuini. quā vocamus motum liberi arbitrij. Et

sic necesse est ista quattuor concurrere ad iustificationez impij. ¶ Postremo q̄ ꝓdispositio ad formā cōpletiuā dz esse ei conformis ad hoc q̄ liberū arbitriū se disponat ad gratiam gratū faciente: indiget adminiculo gratie gratis date. & q̄ gratie est liberū arbitriū nō cogere: sed p̄uenire: & simul vtriusq̄ é in actū p̄odire. hinc est q̄ in nr̄a iustificatione ꝓcurrit actus liberi arbitrij & gratie. cōsone quidem & ordinate. ita q̄ gratie gratis date est excitare liberū arbitrium. liberi arbitrij aūt est hmōi excitationi cōsentire vel dissentire: & ꝓsentiendo est ad gratiam gratū faciente se p̄parare. q̄ hoc est facere q̄d in se est. & sic dispōsito gratia gratū faciēs hz infundi. cui liberū arbitriū pōt coopari si vult: & tūc meretur. vel cōtrariari per p̄cūm: & tūc demeretur. Si ergo coopetur ei vsq̄z in finez: meret peruenire ad eternam salutez. Verū est igitur quod dicit Aug. q̄ q̄ creauit te sine te nō iustificabit te sine te. Verū est etiā q̄ non est volentis: neq̄z currentis: sed dei miserentis. Verū est etiam q̄ nullus pōt suppbire de meritis. q̄ nihil in nobis deus p̄eter sua dona coronat. Reseruauit enim sibi deꝰ munera gratie liberaliter largiēda: vt discat hō nō esse ingratus. nec in se quasi nō acceperit: hz in dño gloriari. Verū est etiā q̄ licet liberuz arbitriū per se legē iplere nō possit. nec gratiam in se efficere. inexcusabile tñ est si non facit q̄d potest. q̄ gratia gratis data sp est ꝓsto ad cōmonit onez: cui⁹ āminiculo facere pōt q̄d in se est: quo facto habet gr̄az gratū faciēt em. qua obtenta diuinā implet legez: & faciat voluntatē. qua facta tandem ad beatitudinem perueniat sempiternā: ꝓpter opa meritoria: q̄ totaliter sunt a gratia. totaliter etiā a libero arbitrio. licet principaliuo a gratia. quia vt dicit Augu. gratia cooperat ad liberum arbitriū sicut sessor ad equū. qui quidē sessor liberū arbitrium dirigit: deducit & perducit ad portum eterne felicitatis. exercēdo nos in operibus perfecte virtutis: ꝑm donū ipsius gratie septiformis.

Capitulum iiij.

¶ De ramificatiōe gr̄e in habitu ✠rtutum.

Tertio restat agere de gr̄a in cōparatione ad habitꝰ virtutuz. circa quam cōsideranda sunt tria. Primū est q̄liter gratia vna ramificat in habitus ✠rtutū. scōm qualiter ramificat in habitꝰ donorum tertium q̄liter ramificat in habitꝰ beatitudinum. ¶ De ramificatione igit gratie in habitus virtutū hec tenenda sunt: q̄ cum vna sit gratia gratificans aiam. septē tñ sūt virtutes gratuite quib⁹ regit vita humana tres quidem theologice. s. fides spes & charitas. & quattuor cardinales. s. prudentia: tpantia: fortitudo: & iusticia. que vno modo est virꝰ cōmunis & generalis. alio modo spēalis & ꝓpria. De aūt septem virtutes licet sint distincte: & ꝓpias excellentias habentes: sunt tñ cōnexe: & equales ad inuicem in codē. & licz sint gratuite per gr̄az infornate. possunt tñ fieri informes per culpam. sola charitate excepta. & ideꝝ informari per pniam: aduenīē te gr̄a: que est habituū virtualiū origo: finis & forma. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā p̄dictorum hec est. Quia sicut principiū ꝓducti uum sua summa perfectione in dādo vitā natura: non tñ dat viuere q̄ntū ad actū primū. verūetiā q̄ntū ad actum scōm qui est operari. sic necesse est q̄ principiū reparatiuū vitā tribuat spiritui in esse gratuito. & q̄ntū ad cē: & quantū ad operari. Et q̄n vnꝰ viuentiū ꝑm vnam vitā primaz: mēbroz multe sunt opationes vitales: ad illius vite pfectā manifestationem: cū actus diuersificent p obiecta. & diuersitas actuū requirat diuersitatem siue distinctionem habituuz. hinc est q̄ licet vna sit gr̄a viuificans: ramificari tñ necessario habet in varios habitus ꝓptervarias opationes. Et q̄n quedam sunt opa moralia p̄maria. sicut credere. quedam media sicut intelligere credita. quedam vero postrema. sic videre intellecta. & in primis aia rectificatur. in secundis expeditur. in tertijs perficit. ītō gratia gratum faciens ramificat in habitꝰ virtutum: quoz est aias rectificare. in habitus donoz. quoum est aiam expedire. & in habitꝰ beatitudinū. quoꝝ est aias perficere. Rursus q̄n rectitudo aie perfecta requirit q̄ ipsa rectificet ꝑm duplicem facié. s. lupioz & intellectum: & respectu finis. & respectu eoum que sunt ad finem. ideo necesse est aias q̄ztū ad superiorem faciez in qua ꝓsistit imago trinitatis eterne rectificari per tres theologicas virtutes. vt sicut imago creationis cōsistit in trinitate potentiarū cum vnitate essentie. sic imago recreationis cōsistit in trinitate habituū cū vnitate gr̄e. per quos anima fit recte in summā trinitatez: ꝑm tria appropriata tribus personis. ita q̄ fides dirigit in summe verū credendo & assentiendo. spes in summe arduū imitando & expectando. charitas in summe bonum desiderando & diligendo. Necesse est etiā q̄ztū ad inferiorez faciē aiam rectificari p q̄tuor cardinales ✠rtutes. Nam prudentia rectificat rōnalem. fortitudo irascibilem: tpantia ꝓcupiscibilez. iusticia vero rectificat oēs has vires in compatione ad alterum. Et q̄ illud alterz determinate pōt esse ꝓximꝰ: pōt etiā idē hō cōpari ad seipsuz vt ad alterz. potest etiā esse ipse deus hinc est q̄ iusticia circuire dicitur oēs vires. Dicit etiā non tñ virtus cardinalis. verum etiā generalis: cōplēdens totꝰ aie rectitudinem. cū ipsa dicat rectitudo voluntatis. Vñ ipsa nō tñ cōpetendū virtutes ordinantes ad ꝓximū: sicut est eqtas: liberalitas. verū etiā ad seipsum. sicut est pnia & innocentia. necnō ad deum: sicut est latria: pietas & obedientia. Postremo q̄ ois rectitudo virtutū ꝑm cē gratuitum manat a gr̄a tanq̄ ab origine & radice. & ꝑm esse meritorium cōparatur ad charitatem: sicut ad originē formā & finē hinc est q̄ cetere ✠rtutes gratuite q̄ ad habitus sunt cōnexe: & quo ad actus meritorios sunt equales. Hinc est etiā q̄ ceteri habitus virtutum possunt esse informes: sola charitate excepta q̄ est virtutū forma. Cū enī habent sine gratia & charitate: in quib⁹ ꝓsistit

vita virtutum: tūc sunt informes. Luz autem superinfundit gr̄a: tunc formant & decorant & deo acceptabiles fiūt. Sicut & colorei absq̄ luce sunt inuisibiles. superueniente autem lumine fiunt lucidi: pulchri: & aspectui complacentes. Vñ quēadmodū ex luce & coloribus fit vnum in rōne motiui. & vna lux sufficit ad multos colores illuminandos. sic ex gratia & habitibus informib⁹ cū formantur fit vnū ꝑm rōnem meritorij & gratuiti. & vna nihilominus gr̄a sufficit ad informationez & gratificationem habituum diuersorum.

Capitulum v.

¶ De ramificatione gr̄e in habitꝰ donorū.

Et ramificatione aūt gr̄e in habitus donoz hec tenenda sunt. q̄ hz plurima sint dona gr̄e gratis date. & generaliter oēs habitꝰ diuinitus dati. dona dei non absurde dici possint. specialiter tamen & appropriate. vij. sunt dona spiritussancti que enumerat & notat Ysaias loquens de flore: qui ꝓcessit de radice iesse idest christo. de q̄ dicit q̄ requiescet sup eū spūs dñi. spiritꝰ sapientie & intellectus. spūs consilij & fortitudinis. spiritus scientie & pietatis: & replebit eū spiritus timoris dñi. In hac aūt enumeratione descendendo procedit a summo: & cōbinando: vt simul ondat donoz distinctio: connexio: ordo & ordo. ¶ Ratio autem ad intelligentiā p̄dictoz hec est. Quia cū principiū reparatiū per summā liberalitatē non tñ det gr̄am ad rectificādum contra obligatos vicio: & ꝓpter habitꝰ virtutū: verūetiā ad expediendū & impedimēta symbomarū p habitus donoz. ideo plurificari debent dona gratuita ꝑm q̄ necessarium est ad expeditionis sufficientiam. Vñ igit aia nr̄a indiget septiformiter expediri. hinc est q̄ ex septiformi cā necesse est spiritussancti dona esse septiformia. Indiget nāq̄ expediri contra vicios: & obliquitates: quātū ad vires naturales. quo ad superadditas virtutes. in patiēdo. in agēdo. in ꝓtēplādo: & vtroq̄ modo. ¶ Primo igitur ꝓpter vicioꝝ obligatos expedinisi-

me repellendas septez sunt dona spiritussancti. vtpote timor ꝺ superbiā. pietas ꝺ inuidiā scientia cōtra ira. quc ꝺ si est ꝺ dā infamia. fortitudo ꝺ accidiā: ꝺ q̄ mentē reddit ad bona. i ualidam: cōsiliū ꝺ auariciā. intellect⁹ ꝺ gulaz ⁊ sapientia ꝓtra luxuriam. ¶ Scdo propter expediendas vires naturales debent septez dona spūssancti esse. Nam irascibilis indiget expediri ad bona. tam in ꝑspis q̄ in aduersis. in ꝑsperis expedit p timorē. i aduersis p fortitudinē. ¶ Concupiscibilis aūt indiget expediri quātū ad affectionem respectu ꝓximi. ⁊ hoc fit p pietatē. ⁊ q̄ztū ad affectū respectu dei: ⁊ hoc fit p gustū sapie. Rōnalis vero indiget expediri in veritatis speculatione: electione ⁊ executione. per donū aūt intellect⁹ expedit ad verū speculandū. p donum cōsilij ad verū eligēdū. p donū scientie ad eleuandū. p donū scientie recte conuersamur in medio natiōis praue ⁊ puerse. ¶ Tertio ꝓpter expediēda septē virtutū officia septem debēt esse spūssancti dona. Nam timor expedit ad tpantiaz. timor. n. carnes cōfigit. pietas ad veram iusticiam. scia ad prudentiam. fortitudo ad fortitudinez seu patientiam. consilium ad spem. intellectus ad fidē. sapientia ad charitatem. Cūm sicut charitas ē mater ⁊ consummatio omniū virtutū. sic sapientia omniū donorū. ita vt vere dicat sapiens. venerunt mihi oia bona pariter cū illa. ⁊ innumerabilis honestas per manus illius. ¶ Quarto propter expeditionē in patiēdo conformiter ad christū septē sunt habit⁹ donorum. Christū aūt ad patiēdū mouit paterna voluntas. humana necessitas: ⁊ virtus strenuitas. ꝙ Paterna qdē voluntas mouit vt cognita p intellectū. vt amata per sapiam: vt in reuerentia habita per timorē. ꝙ Mouit etiaz infa necessitas. ad quam cognoscēdā necessaria est scia. ad quā miserandā supaddit pietas. ꝙ Mouit nihilominus virtus strenuitas: vt prouida in eligendo p cōsiliū. vt vigorosa i ꝓferendo p fortitudinez. Et sic dona debent esse septē. ¶ Quinto ꝓpter expeditionē in agēdo septē dona dant a spūsancto. Haz ad actionē expediēdā necesse habem⁹ expediri ad declinandū amalo. qō fit per timorez. Necesse etiam habem⁹ expediri ad ꝓficiēdum in bono duplici. vel necessitatiz vl' supererogationis. Circa primū expedimur p sciaz ⁊ pietatē. ita q̄ vnū est dirigens ⁊ aliō exequens. Circa secūs expedimur p cōsiliū dirigēs ⁊ per fortitudinē exequētē. Necesse etiā habem⁹ gescere in optimo. ⁊ hoc q̄ztū ad intellectū veri. ⁊ quātū ad effectū boni. primum fit per donū intellectus. scdm p donuz sapie in quo est qes. ¶ Sexto ad expeditionē i cōtemplando dona spūssancti i septenario nūero sunt. Nam ad vitā hierarchiā ⁊ ꝺtēplatiuā necessarium est animā purgari: illuminari ⁊ perfici. Purgari aūt oportet a cōcupiscētia: a malicia. ab ignorantia. ab infirmitate seu ipotentia. primū facit timor. scdm pietas. tertium scia. q̄rtū fortitudo. Illuminari aūt indigemus in operib⁹ repatōis ⁊ ꝑmarie ꝺditionis. primū dat cōsiliū. scdm intellect⁹. Perfici aūt habem⁹ per accessum ad summū qō cōsistit in vno: ⁊ hoc p donū sapientie. Et sic archanū ꝓtemplatiōis a lato ꝙsummat q̄si i cubico. ¶ Septimo ad expeditionē in actione ⁊ ꝓtemplatione septē debēt esse dona spiritussancti: Nam ꝓtēplatiua ꝓpter ꝙcursionez ad trinitatē tria debet hre dona expediētia. s. quātū ad reuerētiā maiestatj timorem. q̄ztum ad intelligentiā virtutj. intellectū q̄ztū vo ad sapientiā siue gustum bonitatj sapiaz. Actiua vo q̄ versat in agendis ⁊ sustinēdis debet hre q̄tuor. s. pietatem ad agendum. ⁊ fortitudinem ad sustinendum. ⁊ directiua horum duoz. s. scientiam ⁊ cōsilium. Cūm q̄ ad expeditionē necessaria ē directio. ideo fit donoz cōbinatio. ⁊ plurima sunt dona ad intellectuz spectantia. q̄ lux cognitionis vehemēter expedit ad dirigendos pedes in vias rectam ⁊ pacis.

Capitulum vi.

¶ De ramificatione gratie in habitus beatitudinuz. ⁊ per ꝙsequens fructuū ⁊ sensuū.

mia per amorem cōmunia cōmunione ordinata ⁊ ordinatione cōnexa: ⁊ cōnexione indissolubiliter alligata.

Capitulū. ir.

¶ De exercitio grate respectu agendoruz preceptorum ⁊ consiliorum.

E preceptis aūt legis diuine hoc tenendū est: q̄ in lege mosayca sunt
D preceptia iudicialia: figuralia ⁊ moralia. vtpote decē precepta decalogi: in duabus tabulis ꝙscripta digito dei. Lex aūt euāgelica iudicialia temperat auferēdo: figuralia euacuat adimplendo: moralia ꝙsummat adiiciendo. Adiecit aūt documenta instrumenta. ꝓmissa excitantia: ⁊ consilia perficientia. cuiusmodi sunt ꝙsilium pauptatis. consilium obedientie: ⁊ ꝙsilium castitatis. ad que impleda inuitat dns noster iesus christus eū qui vult esse perfectus. ¶ Ratio aūt ad intelligentiā predictoz hec est. Quia primum principiū sicut est summe bonū in seipso. sic ē summe iustum in opere suo. ⁊ in vniuersi regimine disponendo. Cūm ergo summe iusti sit zelare iusticiā: non tm̄ in se verūetiam in altero. iusticia autem ꝙsistit in ꝙformando se regulis iuris. hinc est q̄ diuine iusticie est regulas iusticie homini imprimere ⁊ exprimere: non tm̄ dictando per modū veritatis eruditionis: sed etiam precipiendo ⁊ obligando p. modū volūtatis imperantis. Et q̄m̄ gratia facit voluntatem nostram voluntati diuine conformē. ipsius est disponere nos ad obtemperandū ⁊ subiacendū illis regulis iusticie ꝓm dictamē legis diuinit⁹ date. ¶ Rursus q̄ diuinis imperijs dupliciter obtemperare ꝓtingit. videlicet ex timore pene vel ex amore iusticie. ⁊ primū est imperfectoruz. secundū aūt perfectoz. ideo duplicē de⁹ homini ꝓtulit legem. vnam timoris: ⁊ alteram amoris. vnam in seruitutem generantē: ⁊ alteram in adoptionē filiorum dei transferentem. Ac per hoc q̄ timentibus ⁊ imperfectj competit vt terreant per iudicia. ⁊ manudu cantur per signa. ⁊ dirigantur nihilominus per precepta. hinc est q̄ lex mosayca que est lex timoris. ꝓtinet iudicialia ⁊ figuralia ⁊ moralia. Perfectis aūt ⁊ amantibus competit aperta instructio documentoz. larga ꝓmissio premioz. ⁊ alta perfectio consiliorū. hinc est q̄ lex euangelica continet ista tria. Et ideo dicitur lex mosayca differre ab euāgelica. q̄ illa figuris: hec veritatis. illa lex pene. hec gratie. illa litteralis ⁊ ista spūalis: illa occidens: ⁊ ista viuificans. illa timoris ⁊ ista amoris. illa ꝓuisoris: ⁊ ista libertatis. illa oneris ⁊ ista facilitatis. ¶ Postremo q̄m̄ regule spectantes ad iusticie necessitatem continent in diuinis preceptis: ⁊ iusticie ē ius suū vnicuiq; reddere necesse est q̄ ꝑcepta moralia quedam sint que ordinent nos ad deū. quedam ad proximū ꝓm duplex charitatis preceptum. qō spūssanctus voluit insinuare per duaz mysterium tabularū. ⁊ ideo digito dei scripte dicuntur. Et q̄ deus est trinus. pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus. cui competit sūma maiestas adorāda: veritas profitenda: ⁊ charitas acceptanda: ꝓm vim irascibilē rationalez ⁊ ꝓcupiscibilē. per actū operis: oris ⁊ cordis: ideo triplex est mandatū prime tabule: correspōdens tribus ꝓmissis. s. adorationis subiectiue. iurationis veridice. ⁊ sabbatizationis sacrate. Quia vero ꝓmus est imago trinitatis. ⁊ ei inquantū ꝓfert imaginē ꝑis debet pietas. inquantū imaginē filij debetur veracitas. inquantū imaginem spiritussancti debet benignitas. hinc ē q̄ septez sint mādata que ad scdam tabulam spectāt. Nam penes pietatē sunt duo. vnū qō pietatē mādat. s. de patre honorādo. alterū qō impietatē vetat. s. de nō occidēdo. Penes ꝺtatē vero q̄ principaliter ꝙsistit in ꝺbo accipit vnū. s. de falso testimonio nō ferēdo. Penes benignitatē vero cui opponit cupiditas ⁊ ꝓcupiscētia. quaz vtraq; pōt esse in opere vel in corde accipiunt q̄tuor. s. nō mechaberis. nō ꝓcupisces vxorē. nō furtū facies: ⁊ nō ꝓcupisces rem alienā. Et habēt hec ordinari ꝓm maiora vel minora nocumenta. ꝓ que

infringi potest iusticia. Et sic regule spectantes ad iusticie necessitatem debent contineri in decem preceptis. C Cū autem iusticia ad perfectionem pducit: dū perfecte se elongat a malo. ⁊ quantum ad culpā ⁊ quantum ad causam. ⁊ omne malū oritur ex triplici radice. scz concupiscentie carnis ⁊ concupiscētie oculoꝝ. ⁊ superbie vite. hinc est q tria sunt consilia euangelica pfecte nos elongantia a tripli ci radice predicta. Que ideo sunt pfilia. quia vt perfecte faciant recedere a malo: nō soluz separant ab illicitis. verūetiam a licitis ⁊ concessis: que possunt esse occasio mali. ac p̄ B non solum iusticiam continent sufficientem. verūetiam superabundantē. sm q competit perfectioni euangelice legis: ⁊ exercitatiōi gratie perficientis.

Capitulum x.

C De exercitio gratie respectu petendoruz ⁊ orandorum.

E petitionibus aūt orationis dūice
o hoc tenendū est. q licet deus sit liberalissimus: ⁊ ꝓmptior ad dandū dū nos ad accipiendū. mā a nobis vult orari vt occasionem habeat largiendi dona gratie spūssancti. Vult autem orari non solum oratione mentali: que est ascensus intellectus in deum. verūetiā vocali que est petitio decentiū a deo: nō soluz per nosipsos: verūetiā per sanctos: tanq̄z per coadiutores nobis diuinitus datos: vt quod minus digni sumus impetrare per nos: impetrare valeamus p sanctos. Et quia quid oremus sm q oportet nescimus: ne vagaremur incerti: formam nobis tribuit dūs ⁊ deus noster dixit⁹ in oratione quā composuit. in qua sub septenario petitionum numero: vniuersitas complēdi tur petendoruū. C Ratio aūt ad intelligentiam ꝑdictoꝝ hec est. Quia primū ꝓncipiū sicut est summe verū ⁊ bonum in seipso. sic misericors ⁊ iustum in opere suo. Et q̄ misericordissimū est: ideo libentissime condescendit humane miserie per infusionem gr̄e sue. Quia vero simul cum hoc iustū est. ideo donum perfectū non dat nisi desideranti. nō dat gratiam nisi regratianti. nō impendit miseri cordiam nisi miseriā cognoscenti. vt salua sit libertas arbitrij. ⁊ non vilescat nobilitas doni: ⁊ integer perseueret cultus honoris diuini. Quoniā ergo orantis est affectare subsidium. ꝓpriū allegare defectū. ⁊ gratias agere ꝓpter beneficiū gratis datum. hinc est q oratio disponit ad susceptionem diuinorum charismatū: ⁊ deus orari vult ad hoc vt munera largiatur. C Rursus q̄ ad hoc q̄ desiderium efficaciter surgz tendat ad impetrādum dona diuina. necesse est q affectio nostra sit seruida: ⁊ cogitatio in vnum collecta. ⁊ expectatio nostra sit certa ⁊ firma. ⁊ quia cor nostrum frequenter est tepidum. frequēter dispersum. frequēter etiam pauidum. ꝓpter peccati remorsum. nec audens per seipz cōparere ante dei ꝓspectum. hinc est q dūs voluit nos nō nī orare mentaliter. verūetiā vocaliter ad nostri affectus excitationē per verba. ⁊ ad recollectionē cogitationū p sensum verborum. Voluit etiā nos orare p sanctos: ⁊ sanctas ꝓ nobis: ad dandā fiduciam pauidis. vt qō non audent vel nō possunt impetrare per se. per idoneos impetratores obtineant. ac per hoc in orantibus humilitas conseruetur. in sanctis intercedētibus dignitas declaretur. in omnibus etiā dixisti membris charitas ⁊ vnitas ostendatur. qua que inferiora sunt ad superiora fiducialiter recurrant. ⁊ superiora inferioribus liberaliter condescendant. C Postremo q̄ deus iustus et misericors exaudire nō debet nīsi in his que spectant ad suū honorē: ⁊ ad nostrā salutē. hmōi aūt sunt que spectant ad pmiū patrie: ⁊ ad viaticū vie. ⁊ prima sunt tria: ⁊ sequentia quattuor. hinc est q petitiones dominice orationis que docent quid petere vtiliter debeamus sunt septem. Que enim spectāt ad diuinum honorē: ⁊ premiū patrie sunt tria. scz intelligentia veritatis. reuerentia maiestatis: ⁊ concordia voluntatis. Siue per alia vba. Vel est visio summi veri: qō non videtur nisi a mundis ⁊ a sanctis. ⁊ hec petit⁹ cuz dicitur. Sanctificetur nomen tuum. idest tui nois noticia pfectis sanctis ⁊ mundis donetur. Vel est tētio summi ardui. que reges facit: ⁊ per quā regnū habet⁹. ⁊ hec petit⁹ cum dicit⁹. Adueniat regnū tuū. Vel est fruitio sūmi boni que nō datur nisi his qui volūtates suas habent diuine volūtati ꝓformes: ⁊ hec petit⁹ cum dicit⁹. Fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. Que aūt spectant ad transitum vie: aut respiciunt collationem boni ꝓferentis. aut amotionem mali nocentis. Collatio aūt boni ꝓferentis petit⁹ in pane quotidiano siue supsubstantiali. in quo petit⁹ quicqd necessarium est ad ꝓseruationē vite ꝑsentis. siue sm spiritū siue sm corpus. Amotio autez mali nocentis petit⁹ in tribus petitiōibus vltimis. q̄ omne malū aut tenet rōnem ꝑteriti aut futuri aut ꝑntis. Vel aliter. aut tenet rōnez mali culpe: aut pugne aut pene. Primū petitur amoueri in dimissione debitoꝝ. sm in victoria tentationū. tertiū ⁊ vltimū in liberatione ab oppressione malorū. Et sic septez in vniuerso sunt petitiones: in quibus vniuersaliter petitur quicquid petendum est. Et hoc quidem satis recte: vt septenarius petitionum: respondeat septenario diuinoꝝ donorū gratie septiformis. Propter qō notandū est q septiformē septenarium proponit nobis sacra scriptura considerandū. scz viciorum capitaliū. sacramentorum: virtutū. donoꝝ. beatitudinum. petitionum: ⁊ dotum gloriosarum. trium. scz spūalium: ⁊ quattuor corporaliū: vt inferius apparebit. Proponit ergo septenariū vitiorum tanq̄z primū: a quo debemus recedere. septenarium sacramentoꝝ secundum: per quez debemus incedere. septenariū dotū vltimū quē debemus appetere. septenariū petitionū penultimū quo debemus petere. septenariū aūt virtutū donoꝝ ⁊ beatitudinū triplicem intermedium. per quē debemus transire. vt sic septies in die laudantes nomē dñi ⁊ orantes impetremus gr̄am septiformē virtutum: donoꝝ: ⁊ beatitudinū. qua vincamus septiformē pugnā vitioꝝ capitaliū: ⁊ pueniamus ad septiformē coronā dotū gloriosaꝝ. adiuuante nihilominus septiformi medicina sacramentorum: diuinitus ad reparationem humani generis statutorum.

Finit quinta pars.

C Incipit sexta ps de medicina sacramētali

Capitulū. primū.

C De sacramentali origine.

P Ostēz actum est de trinitate dei. de creatura mūdi. de corruptela peccati. de incarnatione verbi. ⁊ de gr̄a spūssancti. iā nūc sexto agēdum est de medicina sacramentali. Circa quā ꝓsiderāda sunt septē. Agendū est. n. de sacramētoꝝ origine. variatiōe. distinctiōe. institutiōe. dispensatiōe. iteratiōe: ⁊ vniuersitatiꝫ integritate. C De origine igit sacramētoꝝ B tenēdū est q sacramenta sunt signa sensibilia: diuinitus ifstituta: tanq̄z medicamēta: in qb⁹ sub tegumēto rez sensibiliū diuina virt⁹ secretius opat. ita q ipa ex filitudine naturali repsentant. ex institutiōe significāt. ex sctificatiōe ꝓficiunt aliquā spūalem gr̄am: p quā aia curat ab infirmitatibus vitioꝝ. ⁊ ad B ꝓncipaliter ordinant tanq̄z ad finē vltimum. valet nī ad humiliationē: eruditiōem ⁊ excitationē sicut ad finē q est sub fine. C Ratio aūt ad intelligentiā ꝑdictoꝝ hec est. Quia principiū reparatiōnū qō est xp̄s crucifixus: verbū. scz incarnatū. qō sapientissime dispensat omnia q̄ diuinitū: ⁊ clementissime curat q̄ diuinit⁹ incarnatū. sic debet reparare. sanare ⁊ saluare humanū genus egrotū sm q ꝓpetit ipsi egrotāti egritudini: ⁊ occasioni egrotādi: ⁊ ipsi⁹ egritudinis curationi. Ipse aūt medicus est verbum incarnatū deus. s. inuisibilis in natura visibili. Homo egrotans est nō tantū spiri-

mis:nec tñ caro:sed spūs in carne mortali.
Morbus autem est originalis culpa:que p ignorantiam inficit mentē:t per ꝓcupiscentiam inficit carnem. Origo autem huius cui pe licet principaliter fuerit ex ꝓsensu rationis: occasiones tamen sumpsit a sensibus carnis. Ad hoc ergo q̄ medicina correspōdēs esset omnibus supradictis:oportuit q̄ nō tñ essz spūalis. verūetiam aliquid haberet de sensibilibus signis.vt sicut hec sensibilia fuerunt anime occasio labendi.ita essent ei occasio resurgendi. Cum igit signa sensibilia q̄dam est de se non habent efficacē ordinationē ad grām.licet habeant longinquā representationem de sui natura.hinc est q̄ oportuit q̄ ab auctore gratie instituerētur ad significāduz: t benedicerentur ad sanctificandum.vt sic essent ex naturali similitudie repsentātia.ex adiuncta institutione significantia.ex supadita benedictione sanctificantia.t ad gratiaz preparantia:per quam curraretur t sanare tur anima nostra. Rursus quoniam gratia curatiua non datur elatis:incredulis:t superstitiosis:ideo optuit hec signa sensibilia diuinitus dari.que non solū sanctificarent t gratiam cōferrent:ac per hoc sanarēt.verūetiā significatione erudirēt:t susceptione humiliarent.t diuersificatione exercitarent.vt sic per exercitationē exclusa accidia a ꝓcupiscibili.per eruditionē exclusa ignorātia a rationali.per humiliationem exclusa superbia ab irascibili.tota anima curabilis fieret a gratia spūssancti.que reformat nos ꝑ has tres potentias ad imaginem trinitatis t christi.

Postremo q̄ñ per huiusmodi signa sensibilia diuinitus instituta:gra spūssancti suscipitur.t in eis ab accedentibus inuenitur. hinc est q̄ hmōi sacramenta dicunt gre vasa t causa.nō q̄ gra in eis substātialiter ꝓtineatur:vel causaliter efficiāt.cum in sola aia habeat collocari.t a solo deo habeat infundi, sed q̄ in illis t ꝑ illa gram curationis a sūmo medico xpo ex diuino decreto optet hauriri.licet deus nō alligauerit suā gram sacramētis. Exp̄missio igit apparet nō solum qd sit sacramētoz ortus. verūetiā qd vsus t qd fructus. Mā ort⁹ eoz est xps dns. Usus aūt est act⁹ exercitatiu⁹. eruditiu⁹ t humiliatiuus. Fructus aūt est hoim cura t salus. Patet etiā que sit causa efficiens sacramētoz.q̄ diuina institutio. Que materialis:q̄ signi sensibilis representatio. Que formalis:q̄ gratuita sanctificatio. Que finalis q̄ hoim medicinalis curatio. Et q̄ denoiatio fit a forma t a fine: hinc ē q̄ dicunt sacramēta q̄si medicamēta sanctificātia. Per hec.n.aia a sedtate vitioz reducit ad sctificatōem pfectā. Et ꝛō licet sint corpalia t sensibilia:sunt tñ medicinalia.t ob ꝫ venerāda tanq̄z sctā.q̄ sacra significāt mysteria:ad sacra ꝓpant charissima.a sacratissimo deo data.sacra institutiōe t benedictione diuinit⁹ ꝓsecrata.ad cultum sacratissimū dei in sacra ecclesia ꝓstituta.ita vt merito dici debeant sacramenta.

Capitulum. ij.

De sacramentorum variatione.

Et variatione aūt sacramētoz ꝫ tenendum est.q̄ sacramenta ab initio ad curationem hois sunt instituta.t semp cū moꝛbo hois cucurrerūt:t vsq3 i finē seculi pdurabūt:sed alia fuerūt in lege natura:alia sub lege scripta:alia sub lege gratie Et i hoc oībus illa que posteriora sunt:significatione sunt euidētiora.t effectu gre digniora. In lege enim nature fuerunt oblationes:sacrificia t decimatiōes. In lege autem scripta introducta est circūcisio:t adiuncta ē expiatio:t supaddita est oblationū:decimationū:t sacrificiorum multiformis distinctio. In lege autem noua statuta sunt sacramenta numero pauciora. vtilitate potiora. virtute efficaciora.t ꝓeminentia digniora.in quibus est impletio simul t euacuatio sacramentorum omniū ꝓdictorum. Ratio aūt ad intelligentiā ꝓdictoz hec est.q̄ ꝺ hoc i carnatū qd ē reparatiōis nre principiū:t sono t origo sacramentoz:cū sit clementissimū t sapientissimū.eo q̄ clementissimū est non ꝑmittere q̄ curreret morbus ꝑ sine remedio sacramenti.eo vero q̄ sapientissimū ē. ideo iuxta dictamen sue immutabilis sapiētie cuncta ordinatissime gubernantis: diuersa adhibuit medicamenta t varia:ꝫm mutationem variam temporū diuersoz. Cum ergo ab unitio percurrente tpe:t aduentu saluatoris magis ac magis appꝛopinquante. semp magis ac magis effect⁹ salutis creuit:t cognitio veritatis:cōgruū fuit t ipsa signa salutis per successionem tēpoꝛ.alia post alia variari. vt effectus gratie diuine in salutem cresceret.simulq3 t ipsa significatio in ipsis signis visibilibus euidētior appareret. Et ideo primus per oblatiōes.postea per circūcisionē.ad vltimū per baptismalē ablutionē: expiationis t iustificationis sacramentū formaliter institutum est.q̄ cuiusdē mūdatiōis forma t silitudo in oblatione quidem occulte inuenitur.in circūcisione vero euidentius exprimitur.per baptismum aūt manifestiꝰ declaratur. Et hinc est q̄ illa ꝓmi tpis sacramēta:sicut dicit Bugo:fuerunt sicut veritatis vmbra.medij tpis sicut figura seu imago. postremi.s. gratie sicut corpus.quia intra se veritatem t gratiā curatricem continent quā ꝓclamant. t ꝓsentialiter cōferūt qd promittūt. Rursus q̄ñ ꝓsentia veritatis t gre.q̄ in lege gratie exhibetur rōne sue excellētie t multiformitatis in ope t ꝓmute:p vnū signuz exprimi nō poterat vt decebat.hinc ē q̄ in oi tpe t lege plā fuerūt sacra data.ad illā vitatē t graz exprimendā.sed ꝓcipue in tpe legis figurate:cui⁹ est figurare:multa signa t varia ꝓcesserunt:q̄ sua varietate christi gram multipliciter exꝓmerent:t excellenti⁹ cōmēdarent:t multipliciter cōmēdando nutrirēt puulos.exercerent imperfectos.t duros onerando frāgerent:t ad iugum gratie domarēt.t quodāmodo emollirēt. Postremo q̄ñ supueniente veritate cessat vmbra:t figura ꝓnūciās sortitur sine intentū.quo habito cessare debz cius vsus t act⁹.hinc est q̄ gra supueniente vetera sacramenta t signa impleta sunt pariter t sublata.q̄ signa erant prenostica futurorum t quasi prenunciātia de lōginquo:t nouā nūbilominus instituta tanq̄z demōstrativa ꝓsentis gratie.t rememoratiua quodā modo passionis dūice.que sono est t origo gratie curatiue.siue in nobis siue in his qui precesserunt christi aduentum.sed in his qui precesserūt tanq̄z preciū ꝓmissuz.in bis qui sequunt tanq̄z preciū ꝓsolutū. Et q̄ñ non debet gra promissionis ꝓcij nisi rōne ꝓsolutionis t abūdātior debet ꝓsolutio ꝓcio q̄z ꝓmisso.hinc est q̄ passio christi imediat⁹ ꝓficit sacramenta temporis legis nouē.t plenior gra in eis redundat. Propter qō illa ꝑ parauerunt t pdurerūt ad hec sicut via ad terminum.sicut signū ad signatum.sicut figura ad veritatem.t sicut imperfectum reducit t preparat ad perfectum.

Capitulum iij.

De sacramētoz numero t distinctione.

Et distinctione aūt t numero sacrorum noue legis hoc tenendū est: q̄ ipsa sunt septē ꝫm correspondētiam ad grām septiformē.q̄ per septenarium tpis nos reducit ad principiū.quietē.t circulum eternitatis.sicut ad octauam resurrectionis vniuersalis. Hoꝛ aūt sacramētoz ianua est baptismus.deide confirmatio: eucharistia: penitentia: vnctio extrema:ordo t matrimonium.qō licet vltimo collocēt propter moꝛbuz cōcupiscentie annexū.ipsum tñ fuit ante oia introductū in paradiso.etiā ante pcm. Rō aūt ad intelligentiā predictoz hec est. Quia ꝓncipiū nostrū reparatiuū t curatiuū nostroz moꝛboz christus dns verbum incarnatū:cui sit dei virtus t sapia t misericordia una. sic potenter:sic sapiēter:sic clemēter:sic decentē sua debet instituere sacra in lege gre:vt nihil prorsus desit curationi nre quātū cōpetit statui vite pñtis. Ad pfectā aūt curationem egritudinis cōcurrūt hec tria.s.expulsio egritudinis.introductio sanitatis. t conseruatio introducte salutis. Primū igit q̄ñ ad

fectam curationē pfecta ⁊ vniuersalis regrit morbi expulsio:⁊ morbus est septiformis:tripliciter culpabilis.s.culpa originalis:mortalis: ⁊ venialis.⁊ quadruplex penalis.s.ignoātia malicia:infirmitas:⁊ ꝯcupiscentia.⁊ non sanat oculum qđ sanat calcaneū.sicut dicit hieron⁹.hinc est q̄ oportuit adhiberi ꝯ hec septenariū medicamētoꝝ:ad hunc septiformē morbū plenius expellendum.s.ꝯ originalem baptismū.ꝯ mortalē penitētiā.ꝯ venialē vnctionem extremā.contra ignorantiā ordinē. ⁊ra malicia eucharistiā.ꝯ infirmitatē cōfirmationē.⁊ ꝯ concupiscentiā mr̄imoniuꝝ qđ eam tempat ⁊ excusat. ¶ Rursus qr pfecta curatio nō potest esse sine restitutione integre ſanitatis:⁊ sanitas ale integra ꝓsistit in vtu septez virtutū.triū scz theologicarꝝ.⁊ quatuor cardinaliū.hinc est q̄ ad hanc vtum sanū restituēdū instituī oportuit septiforme sacrāmentum. Nam baptismus sānādo disponit ad fidem.ꝓfirmatio ad spem.eucharistia ad charitatem.pnia ad iusticiā.vnctio extrema ad perseuerantiā.que est soꝛtitudinis ꝓplementū ⁊ summa.ordo ad prudentiā.mr̄imoniū ad temperantiā ꝓseruandā.quā maxime psequitur infirmitas carnis.sed honestas remediat nupciarū. ¶ Postremo qm̄ perfecta curatio esse nō potest sine ꝓseruatōe salutis introducte.⁊ salus introducta ꝓseruari nō pōt in cōflictu certaminis nisi in acie ecclesie.q̄ est terribilis vt castroꝝ acies ordinata.⁊ hoc qdez fit p septiformis gr̄e armaturā.hinc est q̄ necesse est sepē esse sacra. Nā vt hec acies sit pfecte ⁊ ꝓtinue cōmunita:cū ꝓtect ex ptibus corruptibilibus indiget sacramētis munientibus:releuātibus ⁊ renouātib⁹. munētib⁹. pugnantes.releuantibus cadētes:⁊ renouātibus morientes. ¶ Sacr̄m aūt munit ingredientes.⁊ sic est baptismus. aut stātes:⁊ sic est ꝓfirmatio. aut exeuntes.⁊ sic est extrema vnctio. ¶ Sacr̄m aūt releuans aut releuat a casu veniali.⁊ sic est eucharistia aut a mortali.⁊ sic est pnia. ¶ Sacr̄m aūt renouās aut renouat ineſſe spūali.⁊ sic ē ordo cuius est administrare sacramēta.aut ineſſe naturali.⁊ sic est mr̄imoniuꝝ.qđ qr renouat multitudinē ineſſe nature qđ est oim fundamentū.ió primo fuit añ oia institutū.licet ꝓpter morbū ꝯcupiscētie amerū. ¶ Et qr minime est sctificatiuū: ⁊ cuius significatōe fit sacramentū magnū.inter medicamēta spūalia vltio collocat:⁊ locū sortit extremū. ¶ Añ qr baptismus est ingredientiū:ꝓfirmatio' puguantiū.eucharistia vires resumentiū.pnia resurgentiū.extrema vnctio exeuntiū. ordo nouos milites introducētiū. mr̄imoniū nouos milites ꝓparantiū.patet ex his sufficientia ⁊ ordo medicamētoꝝ.sacr̄aliū ⁊ armoꝝ.

Capitulum. iij.

¶ De sacramentorum institutione.

Beatus vir: cuius adiutorium est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit. in valle lachrymarum: in loco quē posuit. Cum beatitudo nihil aliō sit q̄z sūmi bōi frui tio. & sum⁹ bonum sit supra nos: nullus potest effici beatus: nisi supra seipsum ascendat non ascensu corporali: sed ascessu cordiali. Sz supra nos leuari non possumus nisi per virtutem superiorem nos eleuantē. Quantūcūq; enī grad⁹ interiores disponant: nihil fit nisi diuinum auxiliū comitet. Diuinus autem auxilium comitat eos: qui petūt ex corde humiliter & deuote. & hoc est ad ipsum suspirare in hac lachrymarū valle. quod fit per seruentem orationem. Oratio igit mater & origo est sursum actionis in deum. Ideo Dionysius in libro de mystica theologia volens nos instruere ad excessus mētales p̄ premittit orationem. Oremus igit & dicam⁹ ad dominum deū nostrū. Deduc me dñe i via tua & ingrediar in veritate tua. Letet cor meum vt timeat nomen tuū. In hac oratione oādo illuminamur ad cognoscendū diuine ascensionis gradus. Cum enī sm statū cōditionis nostre: ipsa rerū vniuersitas sit scala ad ascendendum in deū: & in rebus quedā sunt vestigium. quedā imago. quedam corpalia: q̄daz spūalia. quedam tpalia: quedam euiterna: ac per hoc quedā extra nos: quedaz intra nos. ad hoc q̄ perueniamus ad primū principiuz considerandum: q̄ est spiritualissimū & eternum. & supra nos oportet nos transire per vestigium quod est corpale & tēporale & extra nos. & hoc est deduci in via dei. Oportet etiam nos intrare ad mentē nostrā que ē imago dei euiterna & spūalis & intra nos et hoc est ingredi in veritatē dei. Oportet etiā nos transcendere ad eternū spiritualissimuz & supra nos: aspiciendo ad primū principiuz & hoc est letari in dei noticia & reuerētia mirabilitatis. Hec est igitur via trium vierū in solitudine. Hec est triplex illuminatio vnius diei. & prima est sicut vespera. secunda sicut mane. tertia sicut meridies. Hec resplcit triplicem rerū existentiā. scz in materia. in intelligentia. & in arte diuina. sm quā dictum est. fiat: fecit. & factum est. Hec etiam respicit triplicem substantiaz in christo: qui est scala nostra. scilicet corporalem: spiritualem: & diuinam. Sōm hunc triplicē progressum: mēs nostra tres habet aspectus principales. Unus est ad corporalia exteriora. sm quem vocatur animalitas seu sensualitas. Alius intra se & in se. sm quem dicitur spiritus. Tertius ē supra se. sm quem dicitur mens. Ex quibus omnibus disponere se debet ad ascendēdum in deum: vt ipsum diligat ex tota mente: ex toto corde & ex tota anima: in quo consistit perfecta legis obseruatio: & simul cum hoc sapientia christiana. Quoniam autem quilibet predictorum modorum geminatur: sm q̄ contingit considerare deum vt alpha & o. seu inquantum contingit videre deuz in vnoquoq; predictoꝝ modoꝝ. vt per speculum: & vt in speculo. seu q̄ vnaquaq; istaruz considerationū habet admisceri alteri sibi cōiunctē: & habet considerari i sua puritate. Dicit q̄ necesse est hos tres gradus principaleo ascendere ad senariū. vt sicut deus sex diebus perfecit vniuersum mundū: & in septimo requieuit. sic mīor mūdus sex gradibus illuminationū sibi succedentiū: ad quietem cōtemplationis ordinatissime perducatur. In cuius rei figura: sex gradibus ascēdebat ad thronum salomonis. Seraphin: que vidit Ysaias: senas alas habebāt. Post sex dies vocauit deus moysen de medio caligis. Et christus post sex dies: vt dicit in Matheo duxit discipulos in montē: & transfiguratus est ante eos. ¶ Iuxta igitur sex gradus ascēsionis in deū: sex sunt gradus potētiarū aie. per quos ascēdimus ab īmis ad sūma. ab exterioribus ad intima. a tpalibus ad eterna. scz sensus: imaginatio: rō: intellectus: intelligentia: & apex mentis seu synderesis scintilla. Hos gradus habemus in nobis plantatos per naturā. deformatos p culpā. reformatos p gram. purgandos per iusticiam: exercendos per scientiam. perficiēdos p sapientiaz. Sōm enim primā nature institutionē creatus fuit hō habilis ad cōtemplationis quietem. & ideo posuit eum deus in paradiso deliciaruz. Sed auertens se a vero lumine ad cōmutabile bonū: incuruatus est ipe p culpā. propriaz & totū genus suū per originale peccū: qō vnpliciter infecit humanā naturā. scz ignorātia mentē: & concupiscentia carnem. ita q̄ excecatus hō & incuruatus in tenebris sedet: & certi lumen non videt. nisi sibi succurrat gratia cū iusticia contra cōcupiscentiā. & scientia cū sapientia contra ignorantiā. qō totū fit per ie sum christum: qui factus est nobis a deo sapientia & iusticia: & santificatio & redemptio. Qui cum sit dei virtus & sapientia. sit verbū incarnatum plenū gratie & veritatis: gratiā & veritatem fecit. gratiam scz charitatis insudit. que cum sit de corde puro & conscientia bona: & fide non ficta: totam animam rectificat. sm triplicem ipsius aspectuz supradictū. Scientiam veritatis edocuit sm triplicem modū theologie. scz symbolice: proprie: & mystice: vt per symbolicam recte vtamur sensibilibus. per propriam recte intelligibilibus. per mysticam. rapiamur ad supermentales excessus. Quicunq; ergo vult in deum ascendere: necesse est vt vitata culpa deformante naturam: naturalem potentias supradictas exerceat: ad gratiam reformantem & hoc p orationem. ad iusticiam purificantem: & hoc

ni conuersatione.ad scientiam illuminantez: & hoc in meditatione.ad sapientiam perficientem: & hoc in ꝓemplatiõe. Sicut igitur ad sapientiã nemo venit nisi per gratiam: iustificiam & scientiam.sic ad ꝓemplationez nemo venit nisi per meditationem perspicuã. conuersatione sanctam: & oratõem deuotaz. Sicut igitur gratia fundamentũ est rectitudinis voluntatis: & illustrationis perspicue rationis.sic primo orandũ est nobis.deinde sancte viuendũ.terno spectaculis veritatis intendendũ.& intendẽdo gradatim ascendendũ: quousqz veniat ad montẽ excelsum: vbi videatur deus deorum in syon. ¶ Quoniam igitur prius est ascendere q̃z descendere in scala iacob.primũ gradũ ascensionis colloce mus in imo: ponẽdo totum istum mundum sensibilem nobis tanq̃z speculum.per quod trãseamus ad deum opificem summum. vt simus veri hebrei trancuntes de egypto ad terrã patribus repromissaz.simus & christiani cũ christo trãseuntes ex hoc mũdo ad patrem simus & sapientie amatores.que vocat & vicit. Transite ad me omnes qui concupiscitis me.& a generationibus meis adimplemini. A magnitudine enim speciei & creatura cognoscibiliter poterit hoc creator videri. Reducet autem creatoris summa potentia:sapientia & benivolentia in rebus creatis: sm q̃ ꝑ tripliciẽ mũciat sensus carnis sensui interiori. ¶ Sensus.n.carnis aut defuit itellectui rõnabiliter inuestigãti.aut fideliter credenti.aut intellectualiter contemplanti. Contemplans considerat rerum existentiam actualem:credens rerum decursum habitualem.ratiocinans rerum ꝓcellentiam potentialem. ¶ Primo modo aspectus contemplantis res in seipsis considerãs: videt in eis pondus: numerũ & mensuram. Pondus q̃ ad situm vbi inclinatur.numerus quo distinguuntur.& mensuram qua limitant: Hec per hoc videt in eis modum.speciem: & ordinez: nec nõ substantiam: virtutem: & operationẽ: ex quibus consurgere potest sicut ex vestigio:ad intelligendum potentiam:sapientiam & bonitatem creatoris immẽsam. ¶ Secundo modo aspectus fidelis considerans hunc mundum: attendit originem: decursus: & terminum. Nam fide credimus aptata esse secula verbo vite. ¶ Fide credimus trium legum tempora.s.nature: scripture: & gratie sibi succedere: & ordinatissime decurrisse. Fide credimus mundum per finale iudicium terminandum fore. ¶ In primo potentiam. in secundo ꝓuidentiam.in tertio iusticiam summi principij aduertentes. Tertio modo aspectus ratiocinantis inuestigans videt q̃dam tantum esse:quedã autem tantum esse & viuere: quedam vero esse viuere & discernere. Et prima quidem esse minora.secũda media.tertia meliora. ¶ Videt iterum quedaz nõ esse corpalia: quedam partim corporalia partim spualia.ex quo aduertit aliqua esse mere spualia:tanq̃z vtriusq; meliora & digniora. Videt nihilominus quedã esse mutabilia & corruptibilia: vt terrestria.quedam mutabilia & incorruptibilia: vt celestia.ex q̃ aduertit quedam esse inmutabilia & incorruptibilia. vt supercelestia. ¶ Ex his ergo visibilibus consurgit ad considerandũ dei potentiam:sapiam & bonitatẽ: vt entem viuẽtem & intelligentem:mere spũalem & incorruptibilem & intransmutabilem. Hec aũt ꝓsideratio dilatat̃ sm septiformẽ conditionẽ creaturaz. que est diuine potentie:sapientie & bonitatis testimoniũ septiso:me. ¶ Si considere tur cunctaz rerum origo:magnitudo:multitudo:pulcritudo:plenitudo:operatio: & ordo. Origo náqz rerũ sm creationem: distinctionem: & ornatũ quantũ ad opera sex dierũ diuinã predicat potentiã:cuncta de nihilo ꝓducentem.sapientiã:cuncta lucide distinguẽtem.& bonitatẽ cuncta largiter adornãtem. ¶ Magnitudo aũt rerũ sm molẽ lõgitudinis:latitudinis & ꝓfunditatis:sm excellẽtiaz virtutis longe lateq; ꝓfunde se extendẽtio.ficut patet in diffusione lucis sm efficaciam operatõis intime:continue & diffuse.sicut patet in operatione ignis manifeste indicat immẽsitatẽ potentie:sapientie & bonitatis trini dei.qui in cunctis creaturis per potentiam:presentiã & essentiaz incircunscriptꝰ existit. ¶ Multitudo vero rerũ sm diuersitatem generalem:specialẽ & individualem:in substantia:in forma seu figura & efficacia:vltra omnẽ humanã estimationem. manifeste triũ predicatoz conditionũ in deo:immensitatem insinuat & ostendit. ¶ Pulcritudo aũ rerum sm varietatẽ luminũ:figurarũ & colorum.in corporibus simplicibus: mixtis:et eiã complexionatis:sicut in corpibus celestibus & mineralibus:sicut lapidibus & metallis:plantis & animalibus:tria ꝓdicta euidẽter ꝓclamat. Plenitudo autem rerũ sm q̃ materia est plena formis:sm rationes seminales.forma est plena virtute:sm actiuaz potentiam.virtus est plena effectibus p̃z efficientiã. idipsuz manifeste declarat. ¶ Operatio multiplex.sm q̃ est naturalis.sm q̃ ẽ artificialis.sm q̃ est moralis.sua multiplicissima varietate oñdit immensitatẽ illius virtutis:artis & bonitatis.que quidẽ est omnibus causa essendi:rõ intelligendi:& ordo viuẽdi. Ordo aũt sm rationem durationis:situationis & influentie.s.per prius & posterius: supius & inferius: nobilius & ignobilius.in libro creature manifeste ꝓmittit ꝓncipij ꝓmitatẽ:sublimitatẽ & dignitatẽ quantũ ad infinitatẽ potẽtie. ¶ Ordo vero diuinaz legũ: ꝓceptoz & iudicioz:in libro scripture immẽsitatẽ sapientie. Ordo aũt diuinoz sacramentoz: beneficioz & retributionum in corpore ecclesie immẽsitatẽ bonitatis.ita q̃ ipse ordo nos in primũ & summũ potentissimum & sapientissimũ & optimuz euidentissime manuducit. ¶ Cui igitur tantis rerũ creaturaz splendoribus non illustratur cecus est.q̃ tantis clamoribus nõ euigilat surdus est qui ex omnibus his effectibus deũ nõ laudat mutus est.q̃ ex tantis indicijs primũ principiuz nõ aduertit stultus est. Aperi ergo oculos.aures spũales admoue.labia tua solue:& cor tuum appone:vt in oĩbus creaturis deũ tuum videas.audias.laudes.diligas:& colas.magnifices & honores.ne forte ꝓ te vniuersus orbis terrarũ consurgat. Nam ob hoc pugnabit orbis terrarum ꝓ tua insensatos: et econtra sensatis erit materia glorie. qui sm prophetaz possint dicere. Delectasti me domine in factura tua:& in operibus manuum tuaz exultabo. q̃m magnificata sũt opera tua domine.omnia in sapientia fecisti.impleta ẽ terra possessione tua.

¶ De speculatione dei in vestigijs suis in hoc sensibili mũdo.

Capitulũ. ij. & gradus secũdus.

Ed quoniam circa speculũ sensibiliũ nõ solũ ꝓtingit ꝓphetari deũ p ipsa tanq̃z p vestigia: verũetiã in ipsis inquantũ est i eis p essentiã potentiã & ꝓsentiam. Et hoc considerare est altius q̃z precedens.ideo huiusmodi consideratio secundũ tenet locum:tanq̃z secundus ꝓemplatiõis gradus.quo debem⁹ manuduci ad contemplandũ deum in cunctis creaturis:que ad mentẽ nostrã intrant p corpales sensus. ¶ Notandũ igitur q̃ istũ mundus sensibilis:qui dicit macrocosmus: intrat ad animam nostrã.que dicitur microcosmus.idest minor mũd⁹ per portas quinq; sensuum:sm ipsoz sensibilium apprehensionẽ: oblectationẽ & ꝓiudicationẽ. ¶ Quod patet sic. Nam in eo quedam sunt generantia. quedam generata.quedam regentia hec & illa. Generantia sunt corpa simplicia. scilicet corpa celestia:& quattuor elementa. Haz ex elementis p virtutẽ lucis recõciliatis contrarietate elementoz in mixtis:habent generari & produci quecũqz generant & pduntur p operationem virtutis naturalis.

¶ Generata vo sunt corpa ex elemẽtis ꝓposita.sicut mineralia: vegetabilia: sensibilia: et corpa humana. Regẽtia hec & illa sunt substantie spũales.siue omnino ꝓiuncte.vt sunt anime brutales.siue coniuncte separabiliter vt sunt anime rationales. siue omnino se-

par ate: vt sint spiritus celestes: quos plbi in telligentias. nos angelos appellamus. Quibus sm plbos ꝓpriū mouere corpa celestia. a: per hoc eis attribuitur administratio vniuersi: suscipiendo a prima causa scz deo virtutis influentiam: quā refundunt sm opus gubernationis: qō respicit rez consistentiaz naturalē. Scōm aūt theologos attribuit eis dem regimen vniuersi sm imperiū summi dei: quantum ad opera reparationis. sm q̄ dicunt administratorij spūs. missi ꝓpter eos q̄ hereditatē capiūt salutis. Homo igit qui dicitur minor mūdus habz quinq; sensus quasi quinq; portas: p quas intrat cognitio oim q̄ sunt in mūdo sensibili in aiam ipius. Nā p visum intrant corpa sublimia ⁊ luminosa: ⁊ cetera colorata. p tactum vero corpa solida ⁊ terrestria. per tres vero sensus int̄ medios i trant intermedia. vt per gustū aquea. per auditum aerea. per odoratū vaporabilia. q̄ aliquid habent de natura humida. aliquid de aerea. aliquid de ignea seu calida. sicut patet in fumo ex aromatibus resoluto. Intrāt igitur per has portas tā corpa simplicia q̄z ex eis cōposita et his mixta. Auia vero sensu peruius nō solum hec sensibilia particularia. que sunt lux: sonus: odor: sapor: ⁊ quattuor ꝑ marie qualitates quas apprehendit tactus. verūetiam sensibilia cōmunia. que sunt: numerus: magnitudo: figura: quies ⁊ motus. ⁊ omne qō mouetur ab alio mouetur. ⁊ q̄daz seipis mouent: ⁊ quiescunt. vt sunt animalia vum per hoc quinq; sensus motus corporū apprehendimus: emanuducimur ad cognitiōz motoꝝ spiritualiū: tanq̄z per effectū in cognitionem causaz. ¶ Intrat igitur quantuz ad tria rez genera in aiam humanā p apprehensionē totus mundus iste sensibilis. Hec aūt sensibilia exteriora sunt. que primo ingrediuntur in animā per portas quinq; sensuū. Intrant inq̄z nō per substātias suas sed p similitudines suas: primo generatas in medio ⁊ de medio in organo exteriori. ⁊ de organo exteriori in interiori. ⁊ de hoc in potentiam apprehensiuam. Et sic generatio speciei in medio. ⁊ de medio in organo. ⁊ ꝙuersio potentie apphensiue sup illā: facit apprehēsiōez omniū eorum que exterius aia apprehēdit. Ad hāc apprehēsionē si sit rei ꝙ mētis sequitur oblectatio. Delectat aūt sensus in obiecto per similitudinē abstractā pcepto: vel ratione speciositatis: sicut in visu. vel rōne suauitatis. sicut in odoratu ⁊ auditu. vel ratiōe salubritatis: sicut in gustu ⁊ tactu apprōpria te loquendo. Omnis aūt delectatio est ratione ꝓportionalitatis. Sed qñ spes tenet rōnem fōme: virtutis ⁊ operatiōis: sm q̄ habet respectum ad principiū a quo manat. ad mediū ad qō transit. ad terminū in quez agit. ideo ꝓportionalitas aut attenditur in similitudine sm q̄ tenet rōnem speciei seu fōme: ⁊ sic dicit speciositas. quia pulcritudo nihil aliud est q̄z equalitas numerosa. seu q̄dam partiū simul cū coloris suauitate. Aut attenditur ꝓportionalitas inquantū tenet rationem potentie seu virtutis. ⁊ sic dicitur suauitas. cū virtus agens non imprōportionaliter excedit recipientē. quia sensus tristatur i extremis: ⁊ in medijs delectatur. Aut attenditur ꝓportionalitas inquantū tenet rōnem efficacie ⁊ impressionis. que tunc est prōportionalis quando agens imprimendo replet i digentiam patientis. ⁊ hoc est saluare ⁊ nutrire ipsum. qō maxime apparet in gustu et tactu. Et sic apparet quō per oblectationem delectabilia exteriora sm triplicē rationē delectandi: per similitudinem intrant in aiam. ¶ Post hanc apprehēsionē ⁊ delectationē fit diiudicatio. qua nō solum diiudicat vtrū hoc sit album vel nigrū. quia hoc solū ptinet ad sensum exteriorem. non solum vtrum sit salubre vel nociuū. quia hoc ptinet ad sensuz interiorem. verūetiam quia diiudicatur ⁊ ratio reddit quare hoc delectat. Et i hoc actu inquiritur de ratione delectationis: que i sensu percipitur ab obiecto. Hoc est autem cuz querit ratio pulchri suauis ⁊ salubris: ⁊ inuenitur. quia hec est ꝓportio equalitatis. Rō autem equalitatis est eadē in magnis ⁊ paruis nec extenditur dimēsionibus: nec succedit seu transit cū transeūtibus. nec motib⁹ altera tur. Abstrahit igit a loco: tempore ⁊ motu. ac p hoc est incōmutabilis: incircūscriptibil: interminabilis: ⁊ oino spūalis. Diiudicatio igitur est actio. que sm̄ sensibilem sensibiliter per sensus acceptā: introire facit: ꝙ rando ⁊ abstrahēdo in potentiā intellectiuā Et sic totus iste mūdus introire habet in animā humanā per portas quinq; sensuū: sm tres operationes p̄dictas. Hec aūt oia sunt vestigia: in quibus speculari possumus. deum nostrū. Nam cū species apprehensa sit similitudo in medio genita. ⁊ deinde ipsi organo impressa: ⁊ per illam impressionē in suū principiū. scilicet in obiectū cognoscendū deducat. manifeste insinuat ꝙ illa lux eterna generat ex se similitudinē seu splēdorem coequalem: cōsubstātialem: ⁊ coeternalē. Et ꝙ ille qui est imago ⁊ similitudo inuisibilis dei: et splendor: gloria: ⁊ figura substantie eius: quia vbiqz est per primā sui generationē. sicut obiectum in toto medio suā generat similitudinem. per gratiā vnionis vnitur: sicut species corpali organo: individuo rōnalis nature. vt per illā vnionē nos reduceret ad patrem: sicut ad fontale principiū ⁊ obiectū. Si ergo omnia cognoscibilia habent sui speciem generare: manifeste proclamant ꝙ in illis tāq̄z in speculis videri potest eterna generatio ꝑbi imaginis ⁊ filij. a deo patre eternaliter emanantis. Scōm hūc modū species delectans vt speciosa: suauis: ⁊ salubris insinuat: ꝙ in illa prima specie est prima speciositas: suauitas ⁊ salubritas. in qua est summa proportionalitas ⁊ equalitas ad generantem. in qua est virtus: nō per phantasma sed p veritatem apprehēsionis illabens. in qua est impressio saluans: ⁊ sufficiens. ⁊ omnē apprehendētis indigentiā expellens. Si ergo delectatio est ꝓiunctio cōuenientis cū conuenīte. ⁊ solius dei similitudo tenet rationē sūme speciosi: suauis. ⁊ salubris: ⁊ vnitur sm veritatem ⁊ sm intimitatē ⁊ sm plenitudinem replentē oēm capacitatem: manifeste videri potest ꝙ in solo deo est fontalis ⁊ vera delectatio: ⁊ ꝙ ad ipsam ex omnibus delectationibus manuducimur requirendam. Excellētioꝝ aūt modo ⁊ mediationū diiudicatio ducit nos in eternam veritatem: certius speculandam. Si enim diiudicatio habet fieri p rationem abstrahentē a loco: tempore ⁊ mutabilitate. ac per hoc a dimēsione: successione ⁊ transmutatione: per rationē imutabilē ⁊ incircūscriptibilē: ⁊ interminabilē. nihil autem est omnino imutabile: incircumscriptibile: ⁊ interminabile. nisi quod est eternuz. omne autem qō est eternum est deus vel i deo. Si ergo omnia quecunq; certius diiudicamus: per huiusmodi rationē diiudicamus. patet ꝙ ipse est ratio omniū rerū. ⁊ regula i falsibilibus. ⁊ lux veritatis: in qua cuncta relucent infallibiliter: indelebiliter: indubitanter: ⁊ irrefragabiliter: indijudicabiliter: incommutabiliter: incoartabiliter: interminabiliter: indiuisibiliter: ⁊ intellectualiter. Et ideo leges. ille per quas iudicamus certitudinaliter de omnibus sensibilibus in nostram considerationem venientibus: cum sint infallibiles ⁊ indubitabiles intellectui apprehendētibus: sint indelebiles a memoria recolentis: tanq̄z semp presentes. sint irrefragabiles: ⁊ indijudicabiles intellectui iudicantis. quia: vt dicit aug⁹ ⁊ multus de eis iudicat: sed per illas. necesse ē eas esse incommutabiles ⁊ incorruptibiles tanq̄z necessarias. incoartabiles tanq̄z incircumscriptas. interminabiles tanq̄z eternas. ac per hoc indiuisibiles tanq̄z intellectuales ⁊ incorporeas. non factas sed increatas: eternaliter existentes in arte eterna. a qua ⁊ per quam ⁊ sm quam formantur speciosa omnia vel formosa. ⁊ ideo nec certitudinaliter iudicari possunt. nisi per illam que non tantum fuit forma cuncta producens. verūetiaz cuncta ꝓseruans ⁊ distinguens. tanq̄z ens et omnibus formam tenens: ⁊ regula dirigēs. ⁊ per quam dijudicat omne nostra cuncta

per sensus intrant in ipam. Hec autem speculatio dilatatur ꝑm ꝓsideratiõé septez differentiarũ numerozũ. quibus quasi septem gradibus conscendit in deũ. ꝑm q ostendit Aug⁹ in libro de vera religione. ⁊ in sexto musice. vbi assignat differentias numerozũ gradatim conscendentiũ: ab his sensibilib⁹ vsq; ad opificem omniũ. vt in omnibus videatur deus. Dicit enim numeros esse i corporibus: ⁊ maxime in sonis: ⁊ vocib⁹: ⁊ hos vocat sonantes. Numeros ab his abstractos: ⁊ in sensibus nostris receptos: ⁊ hos vocat occursores. Numeros ab anima procedentes in corpus. sicut patet in gesticulationibus ⁊ saltationibus. ⁊ hos vocat progressores. Numeros in delectationibus sensuũ ex conuersione intentionis super speciẽ recepta. ⁊ hos vocat sensuales. Numeros in memoria retentos: ⁊ hos vocat memoriales. Numeros etiam per quos de his omnib⁹ iudicamus. ⁊ hos vocat iudiciales. qui vt dictum est necessario sunt supra mentez tanq; infallibiles ⁊ indijudicabiles. Ab his autez imprimuntur mentibus nostris numeri artificiales. quos tamen inter illos gradus nõ enumerat Augustinus. quia connexi sunt iudicialibus. ⁊ ab his manant numeri progressores. ex quibus creantur numerose forme artificiatozũ. vt a summis per media ordinatus fiat descensus ad infima. Ad hoc etiam gradatim ascendamus a numeris sonãtib⁹. mediantibus occursoribus sensualib⁹ ⁊ memorialibus. Cum ergo omnia sint pulcra ⁊ quodãmodo delectabilia. ⁊ pulcritudo ⁊ delectatio nõ sint absq; ꝓportione. ⁊ ꝓportio primo sit in numeris. necesse est omnia esse numerosa. ac per hoc numerus est precipuũ in animo conditoris exemplar: ⁊ in rebus ꝑcipuũ vestigiũ ducens in sapientiã. Ad cuz sit omnibus euidentissimũ ⁊ deo ꝓpinquissimũ. ꝓpinquissime quasi ꝑ septẽ differẽtias ducit in deũ. ⁊ facit eum cognosci in cunctis corporalibus ⁊ sensibilibus. dũq; numerosa apprehendimus: in numerosis proportionibus delectamur. ⁊ ꝑ numerosa. ꝓportionum leges irrefragabiliter iudicamus. Ex his duobus gradibus primis: quibus manuducimur ad speculandũ deũ in vestigijs: quasi ad modũ duarũ alarũ descendentium circa pedes colligere possumus: q̃ omnes creature istius sensibilis mundi: animũ ꝑtem plantis ⁊ sapientie ducũt in deũ eternum: ꝑ eo q̃ illius ꝓm principij: potentissimi: sapientissimi: ⁊ optimi: illius eterne originis: lucis ⁊ plenitudinis. illius inquã artis efficientis: exemplantis ⁊ ordinatis. sunt vmbre resonãtie ⁊ picture. sunt vestigia: simulacra ⁊ spectacula: nobis ad contuendũ deum proposita: ⁊ signa diuinitus data. Que inquã sunt sicut exemplaria vel potius exempla. ꝓposita mentibus adhuc rudibus ⁊ sensibilib⁹. vt per sensibilia que vident transferant ad intelligibilia que nõ vident. tanq; per signa ad signata. Significant autem huiusmodi creature: huius mundi sensibilis inuisibilia dei partim. quia deus est omnis creature origo: exemplar ⁊ finis ⁊ omnis effectus est signum causẽ: ⁊ exemplatum exemplaris. et via finis ad quem ducit. partim ex ꝓpria representatõe. partim ex ꝓphetica prefiguratione. partim ex angelica operatõe. partim ex supaddita institutõe. Sic enim creatura ex natura est illius eterne sapiẽtie quedaz effigies ⁊ similitudo. sed ꝑ speãliter illa que in libro scripture per spiritũ ꝓphetie assumpta est ad spiritualiũ prefiguratiõné. Specialiꝫ autem ille creature: in quarum effigie deus angelico ministerio voluit apparere. Specialissime vero ea: quam voluit ad signandum instituere: que tenet non solũ rationem signi ꝑm nomen cõmune. verũetiã sacramẽti. Ex quibus omnibus colligitur: q̃ inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta cõspiciuntur. ita q̃ qui nolunt ista aduertere: ⁊ deũ in his omnibus cognoscere: benedicere ⁊ amare inexcusabiles sint dũ nolunt transferri de tenebris in admirabile lumen dei. Deo autem gratias ꝑ ihesum

christuz dominũ nostrũ. qui nos de tenebris transtulit in admirabile lumen suũ. duz per hec lumina exterius oblata ad speculum mentis nostre. in quo relucent diuina: disponimur ad reintrandũ.

¶ De speculatõe dei per suã imaginẽ: naturalibus potentijs insignitã.

Capitulũ. iij. ⁊ gradus tertius.

Quoniã aũt duo gradus ꝓdicti: q̃ ducendo nos in deũ per vestigia sua: per que in cunctis creaturis relucet: manuduxerunt nos vsq; ad hoc: vt ad nos reintrare emus. in mentem scilicet nostrã. in qua diuina relucet imago. Hinc est q̃ tã tertio loco ad nosmetipsos intrantes: ⁊ quasi atriũ foris secus relinquentes. in sanctis scilicet anteriori parte tabernaculi: conari debemus per speculum videre deũ: vbi ad modũ candelabri relucet lux veritatis in facie nostre mentis. in qua. scilicet resplendet imago beatissime trinitatis. Intra igitur ad te: ⁊ vide qm̃ mens tua amat feruentissime semetipsam. nec se posset amare nisi se nosceret. nec se nosceret nisi sui memineret. quia nihil capimus per intelligẽtiaz quod nõ sit presens apud nostrã memoriaz. Et ex hoc aduertis aiam tuã triplices habere potentiam: nõ oculo carnis: sed oculo rationis. Cõsidera igitur harũ triũ potẽtiarũ operatões ⁊ habitudines. ⁊ videre poteris deũ per te tanq; per imaginẽ. quod est videre per speculum ⁊ in enigmate. ¶ Operatio aũt memorie est retẽtio ⁊ representatio: nõ solũ presentiũ ⁊ corporaliũ ⁊ tẽporaliũ. verũetiã succedentiũ: simpliciũ ⁊ sempiternaliũ. Retinet nãq; memoria preterita per recordationẽ. presentia per susceptionẽ: futura per preuisionẽ. Retinet etiã simplicia sicut principia quantitatũ continuarũ ⁊ discretaꝝ: vt punctu: instans: ⁊ vnitatem: sine quibus impossibile est meminisse aut cogitare ea que principiantur per hec. Retinet nihilominꝰ scientiaz principia ⁊ dignitates. vt sempiternalia ⁊ sempiternaliter. quia numq̃ põt fieri oblimisci eorũ dũmodo rationeuiat: quin ea audita approbet. ⁊ eis assentiat: nõ tanq; de nouo percipiat: sed tanq; sibi innata ⁊ familiaria recognoscat. Sicut patet: si ꝓponatur alicui: de quolibet affirmatio vel negatio vel omne totũ est maius sua parte. vel quecunq; alia dignitas: cui nõ est contradicere: admittitur ratione. Ex prima igitur retentione actuali omniũ temporaliũ: preteritorum scilicet presentiũ ⁊ futuroꝝ. habz effigiẽ eternitatis. cuius presens indiuisibile: ad oia tempora se extendit. Ex scõa apparet q̃ ipa non solũ habet ab exteriori formari ꝑ phantasmata. verũetiam a superiori suscipiendo ⁊ in se habendo simplices formas: que nõ possunt introire per portas sensuũ ⁊ sensibiliũ phantasmata. Ex tertia habetur: q̃ ipa habet lucem incõmutabilẽ sibi presentẽ: in qua meminit ĩ uariabiliũ veritatũ. Et sic per operationes memorie apparet q̃ ipa anima ẽ imago dei ⁊ similitudo: adeo sibi presens ⁊ eũ habens presentẽ q̃ eũ actu capit. ⁊ per potentiã capax eius est: ⁊ particeps esse põt. ¶ Operatio aũt virtutis intellectiue est i perceptiõe intellectus terminoꝝ: propositionũ: ⁊ illationuz. Capit autem intellectus terminoꝝ significata. cum comprehendit quid est vnum quodq; ꝑ diffinitionẽ. Sed diffinitio habet fieri per superiora. ⁊ illa per supiora diffiniri habent: vsq; quo veniatur ad superna et generalissima. quibus ignotatis nõ possunt intelligi diffinitiue inferiora. Nisi igitur cognoscatur quid est ens per se. nõ potest plene sciri diffinitio alicuius specialis substantie. Nec ens ꝑ se cognosci potest: nisi cognoscatur cum suis conditõibus. que sunt vnuz: verũ: bonũ. Ens aũt cũ possit cogitari vt diminutũ. ⁊ vt completum. vt imperfectum ⁊ vt pfectum. vt ens in potentia: ⁊ vt ens in actu. vt ens ꝑm quid: ⁊ vt ens simpliciter. vt ens in parte: ⁊ vt ens totaliter. vt ens transiens: ⁊ vt ens manẽs. vt ens per aliud. ⁊ vt ens per se. vt ens pmixtũ non enti: ⁊ vt ens

purum. vt ens dependens: & vt ens absolutum. vt ens posteriꝰ: & vt ens prius. vt ens mutabile: & vt ens immutabile. vt ens simplex & vt ens compositum. cum priuationes & defectus nullatenus possint cognosci nisi per positiones: non venit intellectꝰ noster vt plene resoluens intellectum alicuius entis creati nisi ipsum ab intellectu entis purissimi: actu altissimi: completissimi: & absoluti. qđ est simpliciter & eternum ens in quo sunt rationes omnium in sua puritate. Quomodo autem sciret intellectꝰ hoc esse ens defectiuū & incompletum. si nullā haberet cognitionē entis absq; omni defectu. Et sic de aliis ꝓdictionibus pbatis. Intellectus aūt ꝓpositionum: tūc intellectꝰ noster dicit veraciter cōprehendere: cum certitudinaliter scit illas veras esse. & hoc scire est scire. qñ non potest falli in illa comprehensione. Scit enī q; veritas illa nō potest aliter se habere. Scit igitur veritatem illā esse incōmutabilē. Sz cū ipsa mens nostra sit cōmutabilis: illam sic incommutabiliter relucentem non potest videre nisi per aliquā aliam lucē omnino incōmutabiliter radiantem. quaz impossibile est esse creaturam mutabilē. Scit igitur in illa luce que illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. que est lux vera & verbum in ꝓncipio apud deum. Intellectū autez illationis tunc veraciter percipit noster intellectus: qñ videt q; conclusio necessario sequitur ex ꝓmissis. quod nō solū videt in terminis necessarijs. verumetiā in contingentibus: vt si hō currit homo mouet. Hanc autem necessariam habitudinem ꝓcipit non solū in rebꝰ entibus: verumetiā in non entibus. Sicut enim homine existēte sequitur. si homo currit: homo mouetur. sic etiam non existente. Hmōi igitur illationis necessitas nō venit ab existentia rei in materia. q; é contingens. nec ab existentia rei in anima. quia tūc esset fictio si nō esset in re. Venit igitur ab exemplaritate in arte eterna: ꝑm quam res habent aptitudinē & habitudinem ad inuicem ad illius eterne artis representationem. Dis igitur vtꝺcit Augustinꝰ in libro de vera religione: vere ratiocinantis lumen accendit ab illa veritate: & ad ipsam nititur puenire. Ex quo manifeste apparet. q; coniunctus sit intellectꝰ noster ipsi eterne veritati. dum nisi per illā docente nihil verum potest certitudinaliter capere. Videre igit per te potes veritatē: que te docet: si te cōcupiscentie & phantasmata non impediant. & se tanq; nubes inter te & veritatis radium non interponant. ¶ Operatio autem virtutis electiue attenditur in consilio: iudicio & desiderio. Consilium autem est inquirendo quid sit melius: hoc an illud. Sed melius non dicit nisi per accessum ad optimuz. Accessus autem est ꝑm maioris assimilationem. Nullus igit scit verum hoc sit illo melius. nisi sciat illud optimo magis assimilari. Nullus autem scit aliquid alij magis assimilari: nisi illud cognoscat. Non enim scio hūc similem esse petro: nisi sciam vel cognoscam petrum. Omni igitur consilianti necessario est impressa noticia summi boni. Judicium autem certum de cōsiliabilibꝰ: est ꝑ aliquam legem. Nullus autem certitudinaliter iudicat per legem. nisi certus sit q; illa lex recta sit. & q; ipsam iudicare non debet. Sed mēs nostra iudicat de seipsa. Cum igit nō possit iudicare de lege per quam iudicat. ter illa superior: est mente nostra. & per hāc iudicat ꝺcit quod sibi impressa est. Nihil autem est superius mente humana: nisi solus ille qui fecit eam. Igitur in iudicando deliberatiua nostra pertingit ad diuinas leges: si plena resolutione dissoluat. Desiderium aūt principaliter est ipsius quod maxie ipsuz mouet. Maxime autem mouet quod maxime amatur. Maxime autem amatꝰ: esse beatus. Beatū autem esse non habet: nisi per optimū & finē vltimum. Nihil autem appetit humanū desiderium nisi summū bonum. vel quod est ad illud. vel quod habet aliquā effigiem illius. Tanta est vis summi boni: vt nihil nisi per illius desideriū a creatura possit amari. Aue

tunc saltitur & errat. cū effigiem & simulacrū ꝓ veritate acceptat. ¶ Vide ergo quomodo anima deo é ꝓpinqua. & quomodo memoria in eternitatem: intelligentia in veritatem. electiua potentia ducit in bonitatē summam ꝑm operationes suas. Scōm autez harum potentiarum ordinem: originē & habitudiné ducit in ipsam beatissimā trinitatem. Nam ex memoria oritur intelligentia. vt ipsius proles. quia tunc intelligimꝰ cū similitudo que est in memoria resultat in acie intellectus. que nihil aliud est q̄z verbum. Ex memoria & intelligentia spiratur amor: tanq̄z nexus amboꝝ. Hec tria. s. mens generans: verbum & amor: sunt in anima: quo ad memoriam: intelligentiā & voluntatem. que sunt consubstantiales: coequales & coeue: se inuicem circūincedentes. Si igitur deus perfectus est spiritus: habet memoriam: intelligentiam & voluntatem. habet & verbū genitū. & amorem spiratū. qui necessario distinguunt. cum vnus ab altero producat. nō essentialiter. nō accidētaliter. ergo ꝓsonaliter. Bū igitur mens seipsam cōsiderat ꝓ se tanq̄z ꝓ speculuz: cōsurgit ad speculandā trinitatē beatā patris: verbi & amoris. trium personaꝝ coeternaꝝ: coequaliū & consubstantialiū. vnus tamē non est alius: sed ipsi tres sunt vnus deus.

¶ Ad hanc speculationem quā habz anima de suo principio trino & vno: per trinitatē suarum potentiarum: per quas est imago dei. iuuat per lumina scientiaꝝ que ipsaz ꝓficiūt & informant: & trinitatem beatissimam tripliciter representant. Nam oīs ꝓpria aut est natura alis: aut rationalis: aut moralis. Prima agit de causa essendi. & ideo ducit in potentiam patris. Scōa de rōne intelligendi. & iō ducit in sapientiaz verbi. Tertia de ordine viuendi. & ideo ducit in bonitatez spūsancti. Rursus prima diuidit in metaphysicā: mathematicam & physicā. Et prima est de rez cēsitijs. Scōa de numeris & figuris. tertia de naturis: virtutibus: & operationibus diffusiuis. Et ideo prima in primū principiū patrē. Secūda in eiꝰ imaginem filiū. tertia ducit in spiritussanctū donum. Scōa diuidit in grammaticam. que facit potentes ad exprimendum. logicam: que facit perspicaces ad arguendū rhetoricā: que facit habiles ad persuadendū siue monendum. Et hec similiter insinuat mysterium beatissime trinitatis. Tertia diuiditur in monasticam. iconomicam: & polyticā. Et prima infimat primi principij innascibilitatem. Scōa filij familiaritatem. tertia spiritus sancti liberalitatem. Omnes aūt iste scientie habent regulas certas & infallibiles: tanq̄z lumina & radios descendentes a lege eterna in mentem nostrā. Et ideo mens nostra tantis splendoribus irradiata & superfusa: nisi sit ceca: manuduci potest per seipsam ad contemplandam illā lucem eternā. Huius aūt lucis irradiatio & consideratio sapientes sulpicit in admiratione. & econtra insipientes qui non credunt vt intelligant: ducit in perturbationem. vt impleatur illud prophetici. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde.

¶ De speculatione dei in sua imagine domis gratuitis reformata.

Capitulum iiij. & gradus quartꝰ.

Sed quoniam non solum per nos transeundo: verūetiam in nobis contingit contemplari primū ꝓncipium. & hoc maius est q̄z precedens. ideo hic modus considerandi quartū obtinet contēplationis gradum. Birus aūt videtur: cū ostensum sit q; deus ita ꝓpinquus sit mentibus nostris: q; tam pauci rum est in seipsis primū principium speculari. Sed ratio est in ꝓmptu. q; mens humana sollicitudinibus distracta: non intrat ad se per memoriā: phantasinanibꝰ obnubilata: nō redit ad se per intelligentiam. concupiscentijs illecta: nequaq̄z reuertitur ad seipsam ꝑ desiderium suauitatis interne & leticie spiri-

mualio. Ideo totaliter in his sensibilibus iacens: non potest ad se tanq̃ ad dei imaginez reintrare. Et quoniaz vbi quis ceciderit: ne cesse habet ibidem recumbere. nisi apponat quis ⁊ adiiciat vt resurgat. non potuit anima nostra perfecte ab his sensibilibus releuari ad contuitum sui: ⁊ eterne veritatis in seipsa. nisi veritas assumpta forma humana in christo: fieret sibi scala reparans priorem scalam: que fracta fuerat in adam. Unde q̃n cumq̃ sit illuminatus quis lumine nature ⁊ scientie acquisite: non potest intrare in se vt in seipso delectetur in domino: nisi mediante christo: qui dicit. Ego sum ostium. per me si quis introierit saluabitur: ⁊ ingredietur ⁊ egredietur: ⁊ pascua inueniet. Ad hoc autez ostiũ non appropinquamus nisi in ipsuz credamus: speremus ⁊ amemus. Necesse ē igitur si reintrare volumus ad fruitionem veritatis: tanq̃ ad paradisuz: q̃ ingrediamur per fidem: spem ⁊ charitatem mediatoris dei ⁊ hominu iesu christi. qui est tanq̃ lignum vite in medio padisi. Superuestiẽda est igit ima go mentis nostre tribus virtutib⁹ theologicis: quibus anima purificatur: illuminat ⁊ perficitur. ⁊ sic imago reformat: reficit: ⁊ ꝓformis superne hierusalem efficit. ⁊ pars ecclesie militantis: que est ꝓpleo ſm aplm hierusalem celestis. Ait enī. Illa que sursum est hierusalē libera est: que est mater nr̃a. Alia igit credendo: sperando ⁊ amando iesum christũ: qui est verbum patris incarnatũ: increatuz: ⁊ in spiritũ. s. via: veritas: ⁊ vita. dum per fidem credit in christum: tanq̃ in verbũ increatũ: quod est verbũ ⁊ splendor patris: recuperat spiritualem auditũ ⁊ visum. auditũ ad suscipiendũ christi sermones. visum ad considerandũ ipsius lucis splendores. Dum aũt spe suspirat ad suscipiendum verbũ inspiratum. per desiderium ⁊ affectũ recupat spirituale olfactũ. Dũ charitate cõplectit verbũ incarnatum. vt suscipiens ab ipso delectationez. ⁊ vt transiens in illud per extaticũ amorẽ. recuperat gustũ ⁊ tactũ. Quibus sensibus recuperatis: dum sponsum suũ videt ⁊ audit: odorat ⁊ gustat ⁊ amplexat. decãtare potest tanq̃ sponsa canticũ canticorum. qđ factum fuit ad exercitium cõtemplationis ſm hunc quartũ gradũ. quẽ nemo capit nisi qui accipit. quia magis est in experientia affectuali: q̃ in consideratione rationali. In hoc nanq̃ gradu recuperatio sensibus interioribus: ad videndũ summe pulcrũ. ad audiẽdũ summe armoniacũ. ad odorandũ summe odoriferum. ad degustandũ summe suaue. ad apprehendendũ summe delectabile. disponitur alia ad mentales excessus. s. per deuotionez: admirationẽ: exultationem: ſm illas tres exclamationes que fiunt in canticis canticorũ. Quarũ prima fit per superabũdantiã deuotionis. per quam fit anima sicut ℞gula fumi ex aromatibus mirrhe ⁊ thuris. Scđa per excellentiã admirationis: pe quam fit aia sicut aurora: luna ⁊ sol. ſm processum illuminationũ suspendentium animã ad animiranduꝫ sponsum cõsideratũ. Tertia per supabũdantiã exultationis. per quam fit aia suauissime delectationis delicijs affluens: inmixa totaliter super dilectũ suum. Quibus adeptis efficit spũs noster hierarchicus ad cõscendendũ sursum: ſm confoumitatez ad illã hierusalem supernam: in quã nemo intrat: nisi prius per gram ipsa in eo descẽdat. sicut vidit Johãnes in apocalypsi sua. Tunc aũt in eo: descẽdit: q̃ p reformationẽ imaginis: per virtutes theologicas: ⁊ per oblectatiões spiritualiũ sensuũ: ⁊ suspensiones excessuum: efficit spiritus noster hierarchicus. s. purgat⁹: illuminatus: ⁊ perfectus. Sic etiam gradib⁹ nouem ordinum insignitur: dum ordinate in eo interius disponitur nunciatio: dictatio: ductio: ordinatio. robo: ratio: imperatio: susceptio reuelatio: vnitio: que gradatim correspondent nouem ordinibus angelorum. ita q̃ triũ primo dictorum gradus respiciunt in mente humana naturam. tres sequentes industriã. ⁊ tres postremi gratiam. Quibus habitis anima intrando in seipsam: intrat in supernã

hierusalem. vbi ordines angelorum considerans: videt in eis deum: qui habitans in eis omnes eorum operatur operationes. Unde dicit Bernardus ad eugenium. O deus in seraphin amat vt charitas. in cherubin notat vt veritas. in thronis sedet vt equitas. in dñationibus dominatur vt maiestas. in principatibus regit vt principium. in potestatib⁹ tuetur vt salus. in virtutibus operatur vt virtus. in archangelis reuelat vt lux. in angelis assistit vt pietas. Ex quibus omnibus videtur deus oia in oibus: per contemplationez ipsius: in mentibus in quib⁹ habitat per dona affluentissime charitatis. Ad huius autẽ speculationis gradũ: spẽaliter ⁊ precipue amminiculatur consideratio sacre scripture diuinitus inisse. sicut pbia ad precedentẽ. Sacra enī scriptura principaliter est de operib⁹ reparationis. Unde ⁊ ipsa precipue agit de fide: spe ⁊ charitate: per quas virtutes habet anima reformari. ⁊ specialissime de charitate. De qua dicit apostolus: q̃ est finis p̃cepti: ſm q̃ est de corde puro: cõscientia bona. ⁊ fide non ficta. Ipsa est plenitudo legis vt dicit idem. Et saluator noster asserit totaz legem: prophetasq̃ pendere in duob⁹ preceptis eiusdem. s. in dilectione dei ⁊ proximi. q̃ duo inmunt in vno sponso ecclesie iesu christo. qui simul est proximus ⁊ deus. simul frater ⁊ dominus. simul etiam rex ⁊ amicus. simul verbum increatum ⁊ incarnatum. formator noster ⁊ reformator. alpha ⁊ o. Qui etiam summus hierarcha est: purgans illuminans ⁊ perficiens sponsam. s. totam ecclesiam. ⁊ quamlibet animam sanctaz. De hoc igitur hierarcha ⁊ ecclesiastica hierarchia ẽ tota sacra scriptura. per quam docemur purgari: illuminari ⁊ perfici. ⁊ hoc ſm triplicez legem in ea traditam. s. nature: scripture: ⁊ gratie. Uel potius ſm triplicem partem ei⁹ principalem. s. legem moysaicam purgantez reuelationem propheticam illustrantem. ⁊ eruditionem euangelicam perficientez. Uel potissimum ſm triplicem eius intelligentiaz spiritualem. scilicet tropologicam: que purgat ad honestatem vite. allegoricam: que illuminat ad claritatem intelligentie. anagogicam: que perficit per excessiuas mentales ⁊ lapiente perceptiones suauissimas. ſm tres virtutes predictas theologicas: ⁊ sensus spirituales reformatos. ⁊ excessus tres supra dictos: ⁊ actus mentis hierarchicos: quib⁹ ad interiora regreditur mens nostra: vt ibidem speculetur deum in splendoribus sanctorum ⁊ in eisdem tanq̃ in cubilibus dormiat in pace ⁊ requiescat. Iponso adiurante q̃ non excitetur donec de eius voluntate procedat.

Ex his autem duobus gradibus mediꝫ per quos ingredimur ad contemplandum deum intra nos: tanq̃ in speculis imaginum creatarum. ⁊ hoc quasi ad modum alarum ex pansarum ad volandum: que tenebant medium locum: intelligere possumus q̃ in diuina manuducimur per ipsius anime rationalis potentias: naturaliter insitas: quantum ad earum operationes: habitudines: ⁊ habitus scientiales: ſm q̃ apparet ex tertio gradu. Manuducimur etiaz per ipsius anime potentias reformatas. ⁊ hoc gratuitis virtutibus: sensibus spiritualibus: ⁊ mentalibus excessibus: sicut patet ex quarto. Manuducimur nihilominus per hierarchicas operationes. scilicet purgationis: illuminationis ⁊ perfectionis mentium hum anarum per hierarchicas reuelationes sacre scripturarum nobis per angelos datarum. ſm illud apostoli. q̃ lex data est per angelos in manu mediatoris. Et tandem manuducimur per hierarchias ⁊ hierarchicos ordines. qui in mente nostra disponi habent instar superne hierusalem. Quib⁹ omnib⁹ luminib⁹ intellectualib⁹ mens nr̃a repleta a diuina sapientia: tanq̃ domus dei inhabitat. effecta dei filia: sponsa ⁊ amica. effecta christi capitis membrum: sozor ⁊ coheres. effecta nihilomin⁹ spũssancti tẽplũ. fundatũ p fide m. cleuatũ per spem. ⁊ deo dedicatũ p mẽtis ⁊ corporis sanctitatẽ. Quod totum facit

fincerissima charitas christi. que diffunditur in cordibus nostris per spūm sanctum q datꝰ est nobis. sine quo spiritu scire non possumꝰ secreta dei. Sicut enim que sunt hois nemo scire pōt nisi spūs hois q est i illo. ita ⁊ que sunt dei nemo scit nisi spūs dei. In charitate igitur radicemur ⁊ fundemur: vt possimus comprehendere cū omnibus sanctis. que sit longitudo eternitatis. que latitudo liberalitatis. que sublimitas maiestatis: ⁊ qđ profundum sapientie iudicantis.

¶ De speculatione diuine vnitatis per eiꝰ nomen primarium quod est esse.

Capitulū. v. ⁊ gradus quinto.

Jso de ignorātia que est desertio debite sciētie. sequit videre de omissione ⁊ negligētia: q̄ dicūt desertōez rei debite faciende. ¶ Omissio est desertio actus debiti i tpe determinato. Et dicit actus debitus qđ tenemur facere. Circa omissionem aūt habemus videre q̄tuor actus debitos. Tentionē Distinctionem. Descriptionem. Absolutōem. Dicit aūt omissio derelicto actus: non circūstantie. actus principalis: nō annexi. p:cepti affirmatiui: nō negatiui. Est aūt triplex tentio quā omittere non debemus. Quedā est rōne diuine obligationis ⁊ hec est duplex. via ad agendū: vt in ꝓceptis affirmatiuis. vt honora patrem tuum. Alia ad non agendū. vt in ꝓceptis negatiuis siue ꝓhibitionibus. vt nō occides. Prima obligat semper: sed non ad semper: nisi ꝓ loco ⁊ tpe. Secūda obligat semp ⁊ ad sp. Quedā est rōne spontanee ꝓfessionis. vt in cōtractibus: votis: iuramētis: promissis: ⁊ obligatione quā facit ꝓscientia. Quedā ratiōe culpabilis offensionis. Nam ꝓpter culpam mortalē obligat homo siue tenet ad penam eternalē. ꝓpter venialē vero ad penā: tpalē Describit aūt tentio sic. Tentio est alieni ꝓcepti vel ꝓhibitōis: vel ꝓprij assensus: vel culpe ad agendū vel nō agendū: vel patiēdū obligatio. Ad agendū q̄tum ad ꝓcepta affirmativa. ad nō agendū quantū ad ꝓcepta negativa ⁊ prohibīta. ad patiendū quantuz ad culpā. Triplex est aūt absolutio predicte triplicis tentionis: scz impossibilitas: dispensatio: ⁊ penitentia. ¶ Negligentia est debite circumstantie derelicto in bono opere faciendo. Circa quā breuiter sunt videnda tria. scz eius originatio: denotatio. cōcomitatio. Oritur autem negligentia ex torpore. Unde dicit Grego. Duo sunt in bonis operib⁹ nimē da. desidia scz ⁊ fraus. Desidiam facit minor amor dei. Fraudem maior amor sui. Ortz desidia per torporem nascitur. Fraus per ꝓua tam dilectionem. Fraus ista sic notificatur. Fraudē in opere dei perpetrat. q̄ se inordinate diligēs ad remunerationis trāsitorie bona festinat. Tripliciter aūt fraus ista cōmittitur. aut cum cordis humani gratia. aut fauoris aura. aut cum quelibet res exterior desideratur. Ut enim bonū opus bene fiat: requiritur bonus finis. qđ qui omittit: fraudat. Requruntur ⁊ alie circūstantie: vt loc⁹: tēp⁹ modus. q̄s q̄ omittit: vtiqz negligit. Noīa aūt duplici vocabulo. scilicet negligentia ⁊ desidia. q̄ si large accipiantur: cōmunia sunt ad q̄mcunqz omissionem: tā actus debiti q̄z circumstantie. Si vo accipiant stricte. p omissione circūstantie: tūc desidia magis respicit cōmunē significatōem. Desidia ꝺ: quasi ꝺ si sententia. Negligētia vo magis respicit significatōm ꝓpriam. Omissionē circūstātie debite: q̄si nō diligētia. q̄ diligētia circūstātias diligenter ꝓsequitur. Sunt aūt comites ne-

gligẽtie torpor ⁊ pigricia. que q̃ntus sint idẽ tamen pigricia dicit eo q̃ pigeat difficultas laboris. Torpor vero aspicit appetitũ quietis. Triplex est aũt torpor siue pigricia. scilicz infirmitatis naturalis. sicut in phlegmaticis. ⁊ est pena ⁊ nõ culpa. Et est torpor infirmitatis acquisite ex culpa precedente: vt inebriosis ⁊ gulosis: ⁊ talis nõ excusat ꝑm quoscã Et est torpor libidinosus. ⁊ dicitur torpor captatus. ⁊ ille torpor est voluntas recusans facere bonum difficile: eo q̃ difficile. Et talis torpor siue pigricia cũ sit peccatũ reprehenditur in scripturis.

¶ De cõmissione Sectio ix.

Equitur de cõmisso videre. De q̃
s est breuiter videndũ ⁊ adiungendũ q̃ est transgressio legis diuine ꝓhibentis q̃ntum ad ꝓcepta negatiua. Potest aũt aliqd cõmitti ꝓtra naturã. Et ꝑ duplicit. scilicet ꝓtra naturã cõmunẽ hoĩbus ⁊ bruti. vt q̃ masculus ꝓ femina sit. Et hoc est peccatũ sodomiticũ. Aut ꝓtra naturam particularem: vt in natura angelica aut humana. ⁊ hoc est naturale iudicatoriũ dictans malum esse fugiendũ: ⁊ bonũ faciendũ. Ista natura dictat q̃ debemus deo obedire. deũ colere ⁊ diligere. Dictat etiã q̃ ꝓmo debem⁹ facere: qõ nobis volumus fieri ab eodem. Et qõ nobis nolumus fieri: alij nõ debemus irrogare. Sic largo modo omne peccãm qõ cõmittit est ꝓtra naturã. Potest etiã aliqd contra legẽ ꝓmitti. Et ꝑ duplicit variat: nam lex ꝓhibet aliqd q̃ntum ad omne ipsũ. ⁊ hoc est ꝓhibitũ q̃ est malũ. ⁊ sic sunt ꝓhibitõnes decalogi. Proh̃ibet etiã aliqd nõ simplicit: sed ad tps. ⁊ sic sunt ꝓhibitõnes cerimonialium. ⁊ hoc est malũ: q̃ ꝓhibitũ. Cõmitti ꝑt etiam aliquid contra ꝓsuetudinẽ. ⁊ hoc ẽ qõ ꝓmittit contra morem. Proprie aũt loquendo mos nõ scriptus dicit ꝓsuetudo. mos vero scriptus constitutio nolit. Nota tñ q̃ facere contra ꝓsuetudinem ꝓseruatiuã honesti est peccãm. facere ꝑ consuetudinẽ destructiuam honesti sanctũ est. facere ꝓtra consuetudinem indifferenté malũ nõ est. Honestum aũt est qõ sua vi nos trahit: ⁊ sua dignitate nos allicit. Item nota q̃ lex respicit honestũ consuetudo siue constitutio respicit vtile: qõ est conseruatiuũ honesti.

¶ De errore: paruo iudicio: ⁊ personarũ acceptione. Sectio x.

Equit de diuisione peccati: in pec-
s catũ cordis: oris: ⁊ operis. Et ꝓmo aliqd de peccato cordis breuit videamus. ⁊ primo de eius diffinitione: postea ꝺ differentijs. Peccãm cordis sic diffinit. Peccatũ cordis est transgressio legis diuine ꝓ in ordinatõem intrinseci motus mentis. Differentie aũt eius sunt peccãm cogitatõis: delectationis: ⁊ ꝓsensus. De peccõ delectatõis vilijs est supra: cũ de peccõ actuali agerẽt. Ad peccatũ cogitatõis ptinet error: prauũ iudiciũ: ⁊ acceptio ꝑsonarũ. Ad peccãm ꝓsensus reducit peccatũ conscientie. Quantũ ad peccãm cogitationis primo videndũ est de ipa. deinde ꝺ prauo iudicio. postremo de ꝑsonarũ acceptione. Cogitationum alia speculatiua pure. ⁊ ista non est peccãm. alia practica siue affectiua. Prima est in aspectu mentis. ⁊ est inuoluntaria: quantũ est de se. Secũda in aspectu cũ affectu. ⁊ est voluntaria. ⁊ ideo ꝓt esse peccatũ. Error quidam est infirmantis: q̃lis est in sebricitantibus. q̃bus dulcia videnť amara. Quidam est ifirmitatis naturalis originalis: quo corrũpitur rõ in iudicijs: ⁊ frequenter deuiat. Iste error q̃ nõ est voluntarius: nõ est peccatũ: sed pena peccati. Quidã ẽ error ꝓcurse volũtatis: cuius est habere falsa ꝑ veris. Talis aũt error aut est cõ fidẽ vel bonos mores. ⁊ ille ꝑ est peccãm. Si nõ est cõ fidem vel bonos mores: tunc aut accidit in his q̃ sunt supra iudiciũ humanũ. vt iudicare de intentionibus cordiũ. ⁊ sic semp est peccãm. q̃ tunc vsurpat qõ soliũs dei est. Aut accidit in his que subsunt iudicio humano. vt errare in loco naturalibus ⁊ mathematicis: ⁊ tunc nõ ẽ peccatũ. Prauũ iudiciũ recipit diffinitionẽ ⁊ distinctionem. Diffinitur aũt sic. Prauũ

iudiciũ est error ꝓueniens temeraria sententia: vel suspitio mali de occultis aliorum. Error est habere ignota ꝑ nota. Sententia est in asserendo vel diffiniendo q̃ ita ẽ. Suspitio est in opinãdo cũ dubitatõe temeraria etiã sententiãdo que ad ipz nõ ptinet. ¶ Distinguitur aũt humanũ iudiciũ ꝑm hũc modũ. Judiciũ aliud est certitudinis: aliud temeritatis. aliud suspitionis. Primũ. s. iudicium certitudinis nõ est peccãm. q̃ de manifestis licite iudicamus. Scõm iudiciũ temeritatis ẽ triplex. videlicet diffinitõis: arguitõis: assertionis. Diffinitionis cũ q̃s de futuris male iudicat. Vã de alicuius correctione desperat ⁊ eũ tanq̃ abiectũ reprehendere: q̃ nũc apparet malus: cũ nesciamus qualis futurus sit. temerariũ iudiciũ est. Arguitõis: cũ q̃s iudicat de his que ad eum nõ ptinent. Ro. xiiij. Tu q̃s es: qui alienũ seruũ iudicas. Assertionis cũ q̃s iudicat de occultis. Glosa sup ꝺictũ locũ. De quibus incertũ est quo aio fiãt sine piculo nemo iudicat. Aug⁹. vel Beda: super illud Matth̃. vij. Nolite iudicare: di cit hoc loco nihil aliud nobis ꝓcipi nisi vt ea facta q̃ dubiũ est quo aio fiant: in melioꝛem partem interpretemur. Primũ est pernicio-
sum. scõm ꝓsumptuosum. tertiũ superstitiosum. Tertiũ iudiciũ. s. suspitionis est triplex. scz suspitõis violente. q̃n oĩa signa apparent mali. nulla vel pauca boni. Temerarie: q̃n multa boni: pauca mali. Cuius: qui mlta mali: pauca boni. Primo modo non est peccãm. scõo veniale grauẽ. tertio veniale paruum. Nota q̃ iudicium certitudinis nec veniale ẽ nec mortale. Judicium temeritatis mensurat iuxta illud Matth̃. vij. In quo iudicio iudicaueritis: iudicabimini. Glo. Si quem iudicaueris temerarie damnatione venali: venialiter condemnaberis. si damnatõe mortali: mortaliter cõdemnaberis. Et hoc intelligẽ sine ꝓcedicio. Judiciũ suspitionis q̃ diu manet in suspitione: non est mortale. nisi veniat in assertionis iudiciũ. ¶ Circa personarum acceptõem attendẽdum est diffinitionẽ ⁊ differentiã triplicẽ. Diffinit aũt sic. Personarũ acceptio est iniusticia qua ꝑfert ꝓsona persone ꝓpter causam indebitã. Differẽtie acceptõis ꝓsonaꝝ sunt tres. Una cõmittitur in honoris exhibitione. De qua Jac. ij. Fratres mei: nolite habere fidẽ iesu christi i ꝓsonaꝝ acceptõe. Alia est i iudicij executõe. De qua Deut. xvi. Non accipies personã in iudicio. Alia in promotione ad dignitates. Que ꝓhibetur. i. Regũ. xvi. in electõe Dauid: cui non pretulit dñs fratres suos ꝓpter vultus pulchritudinem seu ꝓpter altitudinem statute.

¶ De peccato ꝓsensus: ⁊ de pctõ contra cõ scientiã: ⁊ de ꝓplexitate Sectio xi.

Equit videre de pctõ cõsensus. vbi
s primo videndum est de ipo ꝓsensu qd est. Scõo de pctõ cõ ꝓscientiam. Tertio de differentijs ꝓplexitatis. Consensus diffinit sic. Cõsensus est nutus voluntatis spontaneus. vl motus animi liber sui. Et cũ nihil ita sit in potestate nra sicut cõsentire vel dissentire. hinc est q̃ ꝓsumatur ibi omne peccatũ. Initiat enim in cogitatõe: crescit in delectatõe. perficit vero in ꝓsensu. Ad intelligendũ quõ peccat q̃n agit cõ ꝓscientiã: multiplicitas ꝓscietie attendenda est. Conscietia enim vno modo dicit lumẽ: pars rationis. quam greci synderesim vocant. ⁊ apud nos scintilla ꝓscientie potest dici. Hec diffinitur a Basilio sic. Conscietia est naturale iudicatoriũ faciendi vel nõ faciẽdi. Differũt ĩ ꝑm rõnem synderesis ⁊ ꝓscietia. Nã synderesis iudicat faciendũ. i. dignũ fieri. Conscientia vero iudicat faciẽdũ. i. debitũ fieri. Alio mõ dicit ꝓscia habitus naturalis dictãdi bonum vel malũ. ⁊ sic diffinit a damasceno. Cõscietia est lex intellectus nostri naturalis opposita peccato. Et ꝑm hoc ꝓscietia nunq̃ errat. Tertio dicit ꝓscientia opinio habita de agẽdis: vel nõ agendis. idest debitis fieri vel nõ fieri formata. De qua. i. Thori. viij. Quidã cum conscietia vsq; nunc idoli: quasi idolotici manducant. Ro. xij. Omne qõ non est

ex fide peccatum est.glo.i.omne qđ est contra conscientiam. Isto tertio modo conscientia est habitus acquisitus frequenter errone⁹:in iudicando esse faciendum qđ non est faciendum:⁊ econuerso. Potest autem dictare cõscientia tertio modo dicta aliquid ꝑ legem dei:preter legem dei:contra legẽ dei. Et est hic sermo de dictamine conscientie per modum precepti siue prohibitionis.nõ per modum consilij vel persuasiõis. Primo mõ conscientia ligat simpliciter ⁊ vniuersaliter. qz legi dei concordat q̃ ꝓscientia oñdit esse ligatum. Secũdo modo cõscientia ligat q̃diu manet. vnde tenet homo vel eam deponere vel quod dictat opere adimplere . vtputa si dictat conscientia qz leuare festucã de terra ẽ necessarium ad salutẽ. Tertio mõ cõscientia non ligat ad faciendum vl nõ faciẽdũ: ꝙ potius ad se deponendum.qz cũ talis conscientia sit erronea:⁊ error ille repugnet legi diuine necessario q̃diu durat ponit hominẽ extra statũ saluatis. vtpote si dicat leccatrix alicui:moriar si non cognoscas me. ⁊ ille incipiat habere ꝓscientiã de mortali si non cognouerit leccatricem.non est in statu salutis ipsa conscientia pduráte.qz si non cognoscit eam peccat mortaliter cõtẽnendo deum.cum dictat conscientia hoc dño displicere. ſi cognoscit eam facit contra preceptum dñi. ¶ Perplexitas nascitur ex errore conscientie. Est autem triplex perplexitas. Prima est intelligẽtie verboꝝ sacre scripture . que vident sibi repugnare. Secũda est intelligentie faciendoꝝ De qua Ro.viij. Quid oꝛem⁹ nescim⁹ ⁊c. Tertia est inevitabilitas peccandi . Prima dissoluitur per distinctionem ⁊ considerationẽ causaꝝ dicendi vtrunqz. Secũda dissoluitur p inspirationem spũssancti. que est vnctio docens de oibus p merituꝝ oꝛonis. Jaco.i. Si quis idiget sapia postulet a deo ⁊c. Et.ij.para'.xx. Cum ignoꝛemus quid agere debeamus.hoc solum habemus reſidui: vt oculos nostros dirigamus ad te. Tertia dissoluitur per dispositionem erronee conscientie.

¶ De mendacio:periurio:⁊ contentione. Sectio xij.

Sequitur videre de pcõ oꝛio: quod pluribus differentijs variat. Peccata enĩ oꝛis sunt.mendaciũ in quo veritas destruit.periuriũ:in quo veritas cõtemnit.contentio in quo veritas impugnat. Est enĩ contentio veritatis impugnatio cum cõfidentia damnatis. Hec tria precipue sunt ꝓ veritatem. Ista contra bonitatẽ sunt.scurrilitas:que est ꝓ honestatem. Tam loquiũ si ue multiloquium:quod est ꝓtra vtilitatem. Adulatio:que est ꝓtra rectitudinẽ in laude aliena: Jactantia:que est ꝓtra rectitudiné in laude ꝓpria. Blasphemia:que est ꝓ rectitudinem in vituperiũ dei. Maledictum:qđ ẽ cõtra rectitudiné in vituperium ꝓximi. quãtum ad penam. Contumelia que est cõtra rectitudinem in vituperium proximi q̃ ipsum ad culpam apertam q̃ ipropeꝛat. Detractioꝝ est contra rectitudiné in vituperiũ ꝓximi q̃ tum ad occultã culpã. ¶ De mendacio ẽ videre q̃ tũ ad diffinitionem ⁊ diuisionẽ. Diffinitur autẽ ab Augustino sic. Mendaciuꝝ est falsa signatio vocis cũ intentiõe fallendi. Et nota qz cũ mentiri sit contra mentẽ ire:põt homo mẽtiri dicẽdo falsitatẽ ex certa sciẽtia. Jtẽ põt hõ mentiri dicendo veritatẽ qz q̃uis sit verum qđ loquit nñ aliõ sentit i conscientia. Jtẽ põt hõ dicere falsum nõ mẽtiendo nec peccando. vt qñ fallit : adhibita nñ debita diligentia. ¶ Diuidit autem mendacium diuisione trimẽbꝛi.s. in mendacium officiosum.pniciosum:iocosum. Officiosum est qđ iuuat. Perniciosum qđ nocet. Jocosum qđ delectat. Diuiditur autẽ diuisiõe octi membꝛi sic. Octo sunt genera mendaciꝝ. Primum qđ sit in doctrina religionis. vt dicere dñm non esse de virgine maria natum. Secũz qđ nulli prodest ⁊ alicui obest vt mendacium detractionis.⁊ si qs est testis falsus in causa criminali. Tertiũ quod alicui obest vt ꝓfit alij. vt aliqs sit testis falsus in causa pecuniaria. Quartũ qđ sit sola mẽtiẽdi libidine. Quintũ qđ sit cupiditate placendi aut delectãdi suaui eloqo:vt mẽdaciũ adulatõis Sextũ quo qs mentit ꝓ ꝓseruanda pecunia alicui⁹. Septimũ quo qs mentit ꝓ ꝓseruanda vita alteri⁹. Octauũ quo qs mentit pro cõseruãda castitate alteri⁹. Nullo hoꝝ mendaciorꝝ est mẽtiendũ. Dat autẽ talẽ regulam Augu. qz q̃to aliqđ mendaciũ magis accedit ad primũ:tanto mai⁹ est pcñ : ⁊ quanto magis recedit a primo mẽdacio:tãto minus est pcñ. ¶ Post mẽdaciũ q̃ ꝓditas destruitur:sequit peririũ quo veritas oẽnitur. Sed qz peririũ est violatio iuramenti:priusquam videndum est de iuramento q̃tum ad essentiam. ⁊ sic iurare est inuocare deũ in testẽ sue locutionis. Quantũ ad licentiã:⁊ sic iurare licet propter pacẽ ⁊ iusticiã conseruandã: vl'amicitiam cõfirmandã. Propter veritatẽ astruẽdam.⁊ sic paulus frequenter iurabat. Propter calumniã vitandam:sicut iurant actoꝛ ⁊ reus. Propter fidelitatem seruãdã.sic iurãt principes regi. Quãtũ ad formã. ⁊ sic ẽ forma concessa.vt iurare per deũ.⁊ hec variat Nam in veteri testamẽto dicebat.viuit dominus.i.per deũ viuum. In eccl'ia primitiua dicebatur.testis est mihi deus.i. testem deuz inuoco. Modo vero dicitur.p deum. Et est forma non ꝓcessa.vt iurare per idola. Quãtum ad comites.⁊ sic dicitur qz iuramentuz tres debet comites habere.s.veritatem.que debet esse in conscientia.vt nouerit ita esse. Judicium vt discrete iuret ⁊ cũ deliberatõe Justiciam:vt qđ iuratur sit licitum ⁊ honestũ Quantũ ad differentias que sunt due.s.iuramentum assertoꝛiuz.vt qñ iuratur : vel de pñti:vel de preterito ita esse vel fuisse. Promissoꝛiũ.vt cũ iurat aliquis de futuro aliqđ se facturum. Modo videri põt periurij diffinitio:que est talis. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Potest etiaz videri distinctio:que est hec. Periurium dicitur falsa iuratio. Jtez peruersa iuratio:quod fit qñ est illicitum qđ iuratur. Tertio dicitur transgressio iuramenti.

¶ De adulatione:maledicto:⁊ detractione Sectio xiij.

Sequitur videre de adulatione:maledicto:⁊ detractiõe.que ꝺ recitudinem laudis ⁊ vituperij cõmittũtur. Adulatio aũt diffinitur sic. Adulatio est sermo laudis alicui exhibitus intentione placẽdi. Distinguitur aũt sic. Est enim q̃daz adulatio que bonum non habitũ attribuit. q̃daz q̃ habituz extollit.dicendo maius esse q̃z sit. Quedam est q̃ malũ nutrit laudando malũ ⁊ dicendo esse bonuz ⁊ licitũ. pꝺ. Laudatur pcõ in desideriꝺ aie sue: ⁊ iniquus bñdicitur. Quedam est qua hõ homini vult placẽ non pp deum:laude tñ vera . Gal'.i. Si adhuc hoibus placerẽ.i.placere vellem:nõ pp deum:dꝛiſti seruus non essem. ¶ Maledicum q̃drupliciter variat. Est enĩ maledictũ surreptionis.de quo dicit Aug. Si enim cũ omni facilitate ⁊ temeritate maledixerim⁹ aliquo non est animo maledicimus.de quo dicit Hiero. Qui negligit oꝛismaledicti reſecare consuetudinem:etsi non coꝛde maledicat:immundiciam tñ labioꝝ ⁊ oris ingnamentum incurrit. Est ⁊ maledicum odij:qđ ex malo coꝛde procedit zelo vindicte. Quartum est maledictũ iusticie:qđ ex charitate ꝓcedit.s.cum alicui amico nostro maledicim⁹ ad eius coꝛrectionẽ. De his duobus vltimis dicit Gregoꝛ. Scriptura sacra duobus modis maledictum cõmenꝺat.aliud qđ approbat:aliud qđ condemnat. Aliter enĩ ꝓfertur amoꝛe iusticie:aliter amoꝛe vindicte. ¶ Detractio sic diffinitur. Detractio est aliene fame denigratio. Cõmittitur autem sex modis cũ bonum negamus qđ nouim⁹ esse scñm. vel cũ tacem⁹ ne fiat alijs manifestũ. vel cum peruertimus dicẽdo illud mala intẽtiõe esse factum. Jtẽ malũ occultũ reuelando in casu non concesso: vel augmentando dicẽdo maius esse q̃z sit. vel adiueniẽdo mẽdaciter malum quod factũ non fuit. Tenetur aũt detractoꝛ ad restitutionem bone fame quam ab-

stulit. Malus enim bonum auferr detractor q̄z raptor. ⁊ non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum.

¶ De peccato operis. Sectio xiiij.

Et peccato operis breuiter est videndum quantū ad diffinitionem ⁊ distinctionem ab offensa voluntatis ⁊ super additione ad malicia voluntatis. Est ät peccatum operis trālgressio legis diuine: p iordinatione extrinseci motus mentis. Ad peccatum operis reducit peccatū cōsuetudinis. Peccamus eni cogitatione: delectatione: consensu: verbo: opere ⁊ consuetudine. Peccatum aūt operis cōparari habet ad peccatum voluntatis interioris prout sunt coniuncta. ⁊ sic sunt vnum peccatū: pro eo q̄ est ibi vnus contemptus ⁊ vna auersio. Unus in q̄z sunt loquendo formaliter: cum sit ibi vna deordinatio pcepta. Loquendo tamen materialiter plura sunt peccata. q: plura sunt deordinata. scz voluntas interior: ⁊ actus exterior. Si autem hec duo adinuicez comparent tanq̄z disiuncta. ita q̄ vnus peccet voluntate tm̄. alius voluntate ⁊ opere: tunc diuersa sunt petā non solum materialiter: sz etiā formaliter. Superaddit vero malicia opis super malitiam voluntatis q̄n volūtas mala nō vult in opus procedere: q: tunc nō est omnino plen⁹ ꝓsensus. Nam si actus operis subsequat cōtemptum: auersio ⁊ cōuersio ꝓsumant. Si autez voluntas mala vult in op⁹ malū ꝓcedere: sz nō potest: tunc distinguendū est. Nam vnus peccatum maius altero tripliciter iudicat. s. aut rōne maioris contemptus dei. ⁊ sic opus non addit ad iniquitatem volūtatis. Aut ratione maioris delectationis ⁊ libidinis. ⁊ sic opus aggrauat. maxime quātū ad genus carnalis peccati quo peccat q̄s in seipso. Aut ratione maioris damnificatiōis. ⁊ sic opus addit ad malam voluntatē. maxime q̄ztum ad genus peccati quo quis peccat in proximum. Quantūcūq̄z eni velit quis fornicari. nō tm̄ delectat in voluntate q̄ztū in ope. Et quantū cunq̄z velit quis occidere: non tantum nocet volendo quantum actualiter occidendo.

¶ De septez vicijs capitalibus in generali. Sectio xv.

Sequitur videre de diuisiōe peccati in septem vicia capitalia. q̄ sunt. Superbia: inuidia: ira: acidia: auaricia: gula: luxuria. De quib⁹ primo videndū est in generali. deinde de singulis i spēali. In generali tria sunt in vicijs capitalibus attendenda. s. diuersa nominatio. cōnexiua ordinatio. sufficies assignatio. A bto Gregorio. ⁊ alijs doctoribus sic nominantur. Superbia: inuidia ira: acidia: auaricia: gula: luxuria. Ab Isidoro sic. Castrimargia: fornicatio: philargiria: tristicia: acidia: cenodoxia: superbia. Item superbiaz quidem ⁊ cenodoxiā siue vanā gloriam distinxit Isido. Sed Grego. coniunxit. q: idem sunt in re. differentes tm̄ ratiōe. Superbia enim dicit: qm̄ aliquis sibi magnus apparet intra animum. Vanaglia est q̄n aliquis nititur magnus apparere per laudē in facie aliorum. Silr Isido. distinxit acidiā ⁊ tristiciam: sed Gre. cōiunxit: q: idem sunt in re. sz differunt rōne. Idez eni motus est in acidia ⁊ tristicia. differeno rōne terminoz. Nā fm auersionem ⁊ recessum ab arduo graui dicitur tristicia. fm vo accessum ⁊ puersionē ad leue dicit acidia: vt q: isti é graue surgere ad matutinas: tristis auertit se. Auia vero leue est ei quiescere: acidiosus conuertit se. ¶ Ordinantur aūt vicia capitalia fm cōnexionez qua fit vt vnum ex altero ꝓserat. Nā superb⁹ non vult subesse maioribus. vult preferri eq̄libus. vult equlare minores. Et si nō potest inuidet maioribus: q: principant. eq̄lib⁹: q: ꝓsperant. minoribus: q: exaltant. Et cū sic nihil proficiat: concipit irā ō facili ad maiores. mediocres: ⁊ minores. Deide decidit in acidiam: qua mentis tranquillitas perturbatur. Et tunc cum interiorem cōsolationē amiserit ad exteriorez per auaricia se cōuertit. ⁊ sic factus opulentus: imoderate per ingluuiē facit ventrem. Et postremo ad luxuriam resoluit carnem: a sūmo rōnis fastice vsq̄z ad carnis infimū deprauatus. Sic pz q: quatz ꝑma sunt spūalia. duo vero vltima sunt carnalia.

¶ Accipit aūt sufficientia septem capitaliū vitiorū penes ꝓpriatem ad apparēs bonū. Hec aūt proprietas si est respectu boni q̄ō respicit spiritum fm sepōt esse quadruplex: scz quattuor conditiones boni ad q̄ō appetitus hominis inclinat. Appetit eni quis bonum sub rōne dignitatis. ⁊ sic est superbia. Aut sub ratione ꝓprietatis. ⁊ sic est inuidia. Aut sub ratione securitatis. ⁊ sic est ira. Aut sub rōne quietis ⁊ tranqllitatis: ⁊ sic est acidia. Si vero sit proprietas respectu boni q̄ō respicit carnem siue spm̄ in carne. sic potest esse triplicit̄. Nam spūs carnalis appetit bonum sub ratione sufficientie: ⁊ sic est auaricia. aut sub ratione demulcentis. ⁊ sic est luxuria. aut sub ratione reficientis. ⁊ sic est gula. Ex hoc patet numerus ⁊ sufficiētia vicioz capitalium.

¶ De differentia inter capitale vicium: initium peccati: ⁊ radicem malorum. Sectio xvi.

Tendēda est differētia inter capitale vicium: peccati initiū: ⁊ radicez malorum. Caputale vicium dicit. q: sicut caput est membz principale ⁊ cōpletum ⁊ aliorum membrorum principiū q̄ztuz ad motū ⁊ sensum. sic viciū quod dicit capitale nominat pcēm completum: a quo alia vicia oriuntur. ¶ Initiū vero nominat ꝓpie illud in q̄ actus inchoatur. Radix aūt illud a quo nutrimentū trahitur ⁊ fomentū. Unde cū peccatum nutrimentum trahat ex parte appetibilis: ⁊ dicat recessum a deo. hinc est q̄ initium peccati attēdit ex pte auersiōis. radix vero ex parte cōuersionis. Et sic auersio é ratione cōtemptus. cōuersio vero est rōne cupiditatis ⁊ libidinis. Et ideo superbia dicitur initium omnis peccati. cupiditas radix omnium malorum. Dicit aūt initiū peccati tripliciter siue nominat. aut prout dicit recessum liberi arbitrij a lege maiestatis. ⁊ sic superbia siue ꝓemptus dei dicit initium peccati. q: q preceptū transgredit creatoris: a superbia incipit ⁊ contemptu. Aut a lege veritatis. ⁊ sic error dicitur initium peccati. q: sicut dicit sapiens. Omnis malus ignorans. Et vere ab ignorantia incipit ⁊ error: q: eterna deserit p terrenis. Aut a lege bonitatis. ⁊ sic insipientia dicitur initium peccati. Unde Chrisostomus super illud ps. A facie insipientie mee: dicit. q: omnis peccati initium insipientia est Insipientia eni est cōtraria sapientie. in qua diuina bonitas prēgustatur. Merito ergo ab insipiditate dicitur inchoare: qui ponit in malicia peccati q̄s in suauitate dei eligit delectari. ¶ Radix etiam peccati siue mali que circa peccatum dicit libidinis ꝓpitatem: tripliciter potest summi. s. generalissime. cuz dicitur: cupiditas siue libido est radix omnium malorum. Generaliter: vt cū dicitur. duplex est radix malorum. s. amor male accēdens: ⁊ timor male humilians siue deficiens. Amor est respectu boni. timor respectu mali. Bipliciter generaliter: vt cum dr̄ q: triplex est radix peccati. s. concupiscens a carnis: concupiscentia oculorum: ⁊ superbia vite. Et sic patet ex predictis quomodo accipiatur vicium capitale. Patet etiā q: initiū dicitur aliqñ de superbia. aliqñ de errore. aliqñ ō insipiētia. Patet nihilominus q: aliqñ dicitur vna radix aliquando due. aliquando tres.

¶ De superbia. Sectio xvij.

Am de singulis vicijs capitalibus est videndum. Et primo de superbia. Circa quam tria sunt attendēda. s. diffinitio: differentia: ⁊ gradus. Superbia diffinitur sic a bernardo. Superbia est ꝓprie excellentie appetitus. Sic ab Augustino libro de innocentia. Superbia est amor ꝓprie excellentie. Item ab eodē in libro de ciuitate dei. Superbia est puerse celsitudinis appetitus.

¶ Superbia fm Gregorium habz q̄tuor differentias. Prima est q̄n homo attribuit sibi bonum quod habet. Secunda est q̄n etsi nō sibi. tñ suis meritis. Tertia est, quando iactat se habere q̄ō non habet. Quarta est quando se existimat alijs prevalere. Unde versus

Al sexto meritis: falso: plus omnibus iflat. Scom Anselmū libro de similitudinib⁹: q̄tuor sunt exaltationis species. Quedam est exaltatio in opinione. quedā in voluntate. q̄dam in sermone. quedam in ope. Exaltatio in opinione est cum quis reputat se dignum ēparu vel aliqua dignitate: tñ nollet eā habere. Exaltatio in volūtate est cum quis vellet habere episcopatū: tñ non reputat se dignū vel etiā opinat. Exaltatio in sermone est qñ nec se dignū reputat: nec vellet habere: tñ loquitur ampulloſa de aliqua scientia vt magis appareat. Exaltatio in opere est quando aliquis nec se dignū reputat. nec vellet habere nec loquitur magna: tñ exaltatur in ope. vt quando vocat ad pfilia: t hmōi. ¶ Gradus supbie sm Bernardū sunt duodecim. scz curiositas: leuitas mentis. inepta leticia. iactancia. singularitas. arrogantia. psumptio. defensio peccatoz. simulata confessio. rebellio. libertas peccandi: cōsuetudo. His quasi quibusdā passibus supbus diligenter ad finem quē intēdit peruenit. Curiositas ē quando supbus diligenter inquirit rumores scz quid de ipō dicatur. Leuitas mentis est qñ leuiter aliquis mutat de delectatione ex verbis laudis in tristiciā ppter verba vituperij. Inepta leticia est qñ letat ex defectib⁹ t criminibus alioz. Jactantia est qñ narrat ea que habet vt laudet. Singularitas est qñ preter consuetudinē aliqua singulariter operatur: vt solus appareat t laudet. Arrogantia est qñ iactat se habere qō nō habet. Psumptio est qñ ingerit se ad faciendū quod ad eum nō pertinet. Defensio peccati est qñ peccatū suū t errorē defendit t excusat qs manifeste vel apte. Simulata pfessio est qñ peccatū suū excusat occulte. Rebellio qñ displicet. scz supioribus: paribus: t inferioribus. Supioribus obuiat. inferiores oppꝛimit. pares molestat t perturbat. tunc libertas peccandi succedit. qr nec deū timeno: nec hoies reuerens peccat libere. consuetus ad mala. in pfundū decidēs peccatoz.

¶ De inanigloria Sectio xviij.

Equit videre de inanigloria: q̄ idē
e est gō superbia sm rem: ab eadem differēs rōne. Circa quā b: queū vidēda sunt q̄tuor. s. diffinitio: oppositio: differētie t filie. Inanigloria sic diffinit. Inanigloria est amor laudis ppꝛie ppter excellentiam apparentē. ¶ Inanigloria ad humilitatē habet opponi. Humilitas aūt quatuor habet actus. t sic habet quatuor oppositiones. Primus actus est velle subesse. t sic opponit supbie large sumpte. Scōs est de se parua sentire. Unde Aug⁹ dicit. Humilitas est sensus ppꝛie paruitatis. t sic opponitur tumori vel elationi. Tertius est velle subesse omnibus: scilicet supioribus: paribus t inferioribus. t sic opponit supbie stricte sumpte. que est amor ppꝛie excellentie. Quartus est de se velle parua vici. t sic opponit inanigloxie. ¶ Habet inanigloria duas differentias formales. scz appetitū fauoris. t appetitū laudis. Fauor est excellentia alicuius in corde. laus in ore. Tres autez habet differentias materiales que ponuntur. Hiere. ix. Non gloriet sapiens in sapientia sua. nec fortis in fortitudine sua. nec diues in diuitijs suis. sed in hoc glorietur qui gloriatur scire t nosse me dicit dominus. Cū gloria sit beatissime trinitatis ppꝛia: nō est gloriandū in sapiētia que attribuit filio. nec in fortitudine: q̄ attribuit patri. nec in diuitijs tam tpalibus q̄z spūalibus: que attribuunt spūisancto. ¶ Inanigloxie sm bnñ Gregoriū septē sunt filie. scz inobedientia: iactantia hypocrisis. incontinētia. ptinacia. discordia. nouitatū psumptio. Inobedientia est voluntas fugiens minorationem potestatis. nolens subiacere supioribus in debitis. Jactantia est voluntas ppter apparentem potestatē ppꝛiam se ostentans. Hypocrisis ē voluntas per speciem sanctitatis se simulās fallaciter in aperto. t viliter agens in occulto siue intentione siue opere. Incontinentia est voluntas per cōsonantionem sui: ab his

qui mali sunt laudari appetens. Pertinacia est voluntas fugiens minorationem probitatis: dicta vel facta sua irreuocabiliter defendens. Discordia est voluntas fugiens minorationem sapientie. ab his que ab alijs dicūtur dissentiens. Nouitatum psumptio est voluntas excedens qualitatem sui ordinis: propter apparentem nouitatē sciētie vel sapientie ostētari cupiēs. ꝓfidorus vero distinguens inter superbiam t inanēgl'iam ppter differentiā ratiōis: dicit q̄ de supbia oriunt contemptus: inuidia: inobedientia: blasphemia: murmuratio: ōtractio: t plura alia. De inanigloria vero sm eundem oriuntur contentiones: hereses: iactantia: t psumptio nouitatum.

¶ De inuidia Sectio xix.

Equitur videre de inuidia quantuz
f ad quinq̄z. s. quantum ad diuersam nominationem. diuersam diffinitionem. oppositionez. differētias: t filias. Inuidia dicit aliq̄ nomine ire. Beñ. iij. quare irascēris. glo. idest luxoꝛe toꝛqueris. Aliquādo nomine odij. Gene. xxxvij. oderant eum fratres. i. inuidebant. Aliquando noīe emulationis. i. Regū. ij. Affligebat eam emula eius. Tamen emulatio quattuoꝛ: habet significatiōes hoc versiculo comprehēsas. Emulor: inflatur amat inuidet ac imitat. Aliquando noīe ppꝛio. Et sic Damasce. dicit q̄ q̄tuor sunt species tristicie. s. acidia que est tristicia aggrauans. Ad hoc que est tristicia vocem auferens. Misericordia que est tristicia de alieno malo. Inuidia que est tristicia de alieno bono. Diffinitur autez sic inuidia ab augustino. Inuidia est odium felicitatis alterne. A remigio sic Inuidia ē doloꝛ de alieno bono. A damasceno. Inuidia est tristicia de alienis bonis. A phō. Inuidia est tristicia in apparenti felicitate alicuius inimicoꝝ. Itē aliter. Inuidia est dissensio ab alieno bono extimato diminuere ppꝛiū. ¶ Differentie inuidie materialiter assignate sm Augustinum sunt tres. s. inuidere superioꝛibus: paribus t minoꝛibus: siue inferioꝛibus. Inuidet enim homo superioꝛibus: q̄ eis non equatur. Paribus. q̄ in melius ꝓsperant. Inferioꝛibus: ne ei equant. ¶ Opponit autez timoꝛ dñi superbie rōne humilitatis quā generat. t pietas inuidie ratiōe charitatis ex qua generat. Prima enim t potissima filia charitatis est pietas. que ad omnia valet. ¶ Filie inuidie sm bnñ gregoriū sunt q̄nq̄z. s. odium. susurratio: detractio. exultatio in aduersis ꝓximi. afflictio in ꝓsperis ipsius. Odium est voluntas affectans ꝓximo malum: vt careat contristante bono. Susurratio est voluntas loquendi seminās discordias inter fratres: vt persequat ꝓximū ppter ipsi⁹ bonū contristans. Detractio est voluntas famam ꝓximoꝝ per verba denigrās: vt destruat i aliorum opiniōe contristās bonū. Exultatio in aduersis ꝓximoꝝ est voluntas ꝓcurata in ꝓximi aduersitate delectans. Afflictio in bonis ꝓximi est voluntas ꝓcurās malum suo desiderio: per euentum ꝓsperitatis contrarie defraudata.

¶ De ira Sectio xx.

Equitur videre de ira quantum ad
l quattuoꝛ. s. quantum ad diffinitionem: oppositionem: differentias t filias. Diffinit autem ira a Cassiodoro sic. Ira est animi motus cōcitatus: ad penam ꝓuocans inferendam. A rabano. Ira est oris malus motus ad nocendum. Ab augustino Ira est tristicia ex impotentia vlciscendi. A damasceno. Ira est feruoꝛ: eius qui circa cor est sanguinis. ex euaporatione fellis vel returbatione fiens. Item ab eodem sic. Ira est id quod est audax mentis vindex ꝓcipiscentia. Item ab eodem. Ira est desiderium repunitionis. A philosopho. Ira est appetitus contrarij doloris ꝓpter apparentez examinationem. t appetitus inferendi doloꝛem sibi aduersanti ꝓpter illatam iniuriam apparentem. que quodammodo exanimat: per q̄ debito ordine hominem quantum ad iudicium animē priuat. ¶ Habet autez ira op

positionem ad mansuetudinem ratione sui iuriij. quia mansuetus etiam nunq̃ vult inde pere irasci. Ad iram per zelum: ratione materie. Sunt enim circa eandem materiam. s. circa personam ira per vicium ⁊ ira per zelū quam vtraq̃ vult puniri. Sed ira per vicium vult q̃ persona puniatur vt sic satietur vindicta persone. Ira vero per zelū appetit punitionem psone vt destruat viciū in psona. Breuiter ira per zelum vult punitionē psone cum debitis circūstantijs. Ira per vicium cum indebitis. Ad patientiam vo habet ira oppositionem rōne finis. q̃ patientia extinguit iram ne ꝓcedat. Nā qui patiens é iras mitigat suscitatas. ¶ Species siue differentie ire sunt tres ſm Damasce. s. fel: mania: cotus. Fel siue fellea passio dicitur subita⁹ animi motus impatiens lesionis. Et accidit ex parte corporis ex cōmotione fellis. ⁊ ex parte aie ex corruptiōe vis iracibilis: ⁊ tūc mouetur fel ad vindictā vt expellat tristicia. De qua dicit Augu. Ira est cōmotio passionis illate. Hec ira cito transit. Mania dicit manens ira ⁊ memorie tradita. Cot⁹ est ira obseruans tempus ad vindictam. ¶ Filie ire ſm beatum Gregorium sunt sex. s. Rixa: timor: mentis: contumelia: clamor: indignatio: blasphemia. Rixa est audax vindicandi voluntas in iniuriā facti procedens. Timor: mētis est voluntas vindicandi. fugiens aduersantem propter estimatas inimicitias. Contumelia est voluntas vindicans per exprobrationem malorum. Clamor: est voluntas se vindicans in crastando vocem per vituperium ad alioꝝ aures perueniens. Indignatio est voluntas se vindicans per signū mole stie exterius declaratū. Blasphemia est voluntas se vindicans per opprobrium deo vl' sanctis illatum. ¶ Scōm ilidoꝝ sunt tres filie ire. s. homicidium: clamor: indignatio. Que sic distinguuntur. Nam vindicta infertur homicidio per manum. clamore per os. indignatione per signum.

¶ De acidia Sectio xxi.

Sequitur videre de acidia q̃ntuz ad
ſ tria. s. quantum ad diffinitionez. oppositionem ⁊ filias. Diffinitur autē sic ab Augustino. Acidia est tedium interni boni. A Richardo. Acidia est torpor animi bonum inchoare negligentis. A Damasceno. Acidia est tristicia aggrauans. A magistris. Acidia est diffidentia de propꝝijs viribus ⁊ auxilio dei: implendi ardua siue mandata. ¶ Opponitur autem acidia inquantū est diffidentia implēdi preceptā virtuti spei: cuius est confidere. Inquantum est tedium interni boni ex quo generatur pusillanimitas: opponitur virtuti fortitudinis. Inquantum vero quod est facile reputat difficile: opponitur virtuti charitatis. que omnia etiam difficilia facit facilia reputari. Quantum vero ad suam essentiam que est tristicia: opponit gaudio spiritus. ¶ Acidia ſm beatum Gregorium habet sex filias. que sunt videlicet malicia: rancor: pusillanimitas: desperatio: torpor: vagatio mentis circa illicita. Malicia est voluntas grauedinis impatiens: machinans malum illius quem estimat inferentez. Rancor: est voluntas ex impotentia repellē de grauedinis amaricata. amaritudinem intus clausam per signuꝝ exteriꝰ manifestās. Pusillanimitas est voluntas immoderate metuens grauedinem in aggressu agendorum: siue de propꝝijs viribus immoderate diffidens. Desperatio est voluntas grauedinē reprimens de adiutorio ad perficiēda agēda diffidens: siue de remuneratione diuina pp sustinentiam grauedinis que est in implendis preceptis diffidens. Torpor: est voluntas grauedinis impatiens: tepida vl' pigra ad expletionem agendorum inchoatorum. Vagatio mentis circa illicita est voluntas interno gaudio destituta. in rebus exterioꝝbus illicitis quietem vel consolationem quereno. Secundū ysidoꝝ alie sunt filie tristicie: alie acidie. Ipse enim tristiciā vocat voluntatem in quantum a graui debito se auertit. Acidiam vero vocat voluntatem inquantū se ad quie

tem indebitam conuertit. Dicit ergo. De tristicia exeunt rancor. pusillanimitas: amaritudo: desperatio. De acidia ſm ipsum oriunt ociositas: somnolentia: importunitas: inquietudo mentis. corporis instabilitas: verbositas: curiositas.

¶ De auaricia. Sectio xxij.

Sequitur videre de auaricia quātuz
ſ ad quinq̃. s. q̃ntum ad diffinitionez cōparationē: oppositionē: odias ⁊ filias. Aug. super genesim ad ſram diffinit sic auariciam. Auaricia est appetitus non solus pecunie. sed etiā altitudinis ⁊ scientie. Idem in libro de ciuitate dei. Auaricia é libido habendi pecuniam. Idez alibi. Auaricia est immoderata habendi cupiditas. Itē tullius diffinit eam sic. Auaricia est amor immoderatus habendi. Comparat autem auaricia idolatrie. Unde sepe dicit idolorum seruitus in scriptura. Hoc autem dicit: q̃ cultor dei ad deum tripliciter comparat. s. diligendo: honorando: ⁊ in ipso confidendo. que tria in auaro respectu pecunie inueniunt ⁊ reperiunt. propter qō auaricia non immerito dicit seruitus idolorum. ¶ Duplex est etiaz act⁹ auaricie. s. diligere pecuniam: ⁊ retinere siue nō dare. Ratione primi actus auaricia opponitur charitati. que bonū diligit incōmutabile. Ratione vero secūdi actus opponit largitati siue liberalitati. que dat danda: ⁊ retinet retinenda. Duplex quidam est actus largitatis scilicet dare danda: ⁊ retinere retinēda. Cuius duplex est extremitas viciosa. s. prodigalitas: que dat non danda. ⁊ auaricia: que retinet non retinenda. Largitas siue parcitas qō idem est: est virtus. tamen ratione actuū differens erit medietas. Si autem attendatur oppositio ſm actum dandi. Prodigalitas est superfluitas que dat non danda: Auaricia est diminutio que nihil dat. Largitas é medietas. Si vero ordinatur ſm actum retinendi. Auaricia est superfluitas que retinet retinenda ⁊ non retinenda. Prodigalitas é diminutio que nihil retinet. Parcitas vero est medietas. ¶ Differentie auaricie sūt gn q̃. s. beneficij subtractio: furtus: rapina: vsura: symonia. Subtractio beneficij est auaricia retinens beneficium qō tenet dare patuperibus in tempore necessitatis. vt diues indigenti. Furtum est auaricia retinens rem alienam inuito dño. Rapina est auaricia p vim occupans rem alienam. Usura est auaricia acquirens per mutuū aliquid p̃ter sortem. Symonia est auaricia studiose appetēs vendere vel emere spūalia vel spūali annexum. ¶ Filie auaricie ſm Gregorium sunt septem. s. pditio: fraus: fallacia: pmrij: ingratitudo mentis. violentia: obiurgatio mētis cōtra misericordiam. Proditio est voluntas p deceptionem domesticorum acquirendis in biano. Fraus est voluntas ꝓfectum ꝑmi decipiens propter terrenum emolimentuz. Fallacia est voluntas per verba decipiēs p rimum causa lucrandi. Periurij est voluntas violans sacramentū ⁊ iuramentū. Ingratitudo mentis est voluntas cogitare nō cessans qualiter possit diuinas congregare. Violentia est voluntas per vim aliorum bona rapiens. Obiurgatio mentis contra misericordiam est voluntas ꝓcitata aduersus postulatōez indigentis: ex nimio ardore pecunie retinende. Scōm ysidorum octo sunt filie auaricie. scz mendacium. fraus: furtus: turpis lucri appetitus: falsa testimonia: violentia: inhumanitas: ⁊ rapacitas.

¶ De gula. Sectio xxiij.

Sequitur videre de gula q̃ntū ad q̃t
ſ tuor. s. q̃ntum ad diffinitionem: oppositionē: differentias ⁊ filias. Diffinitur autem gula quantū ad excessum in cibo sic. Gula est immoderatus amor edendi. Quantum vero ad excessum in potu dicitur ebrietas. quam diffinit Seneca sic. Nihil aliud diffinio ebrietatem q̃z infamiā voluntariam. Quantum vero ad excessum cibi ⁊ potus sic potest diffiniri. Gula est immoderatus amor: aliméti. Itē sic. Gula est immoderat⁹ amor delectatōis etus q̃ est circa vel ſm gu

sumi. ¶ Scõm hoc gula põt sũmi stricte p̃ imoderantia in cibo. Et sic opponit ei parsimonia. Vel large põt accipi p̃ro imoderantia in cibo ⁊ potu pariter. Et sic opponitur ei sobrietas: que modum seruat in vtroq;

¶ Differentie sine condiciões gule bm ysidorũ sunt quatuor. s. q̃d: quantum: q̃n: quõ. Quid ad ipsam rem ptinet. Quãdo si añ legitimũ tempus appetat: Quantũ ad imoderantiam refertur. Quomodo si nimis ardẽter appetat. Scõm beatum Gregoriuz sunt quinq̃ differentie hoc versu comprehense. Preproper: laute: nimis: ardenter: studiose Preproper pertinet ad sumptionez cibi ante tempus. laute pertinet ad cibi substantiaz. cum. s. ex se pretiosus ⁊ delicatus est. nimis: ad cibi quantitatem. ardenter: attenditur ex parte affectiue. studiose ex parte cognitiue. Quas istas vitiosas differentias bm beatuz gregorium sub illa que est quarto modo apprehendi. ¶ Quinq̃ sunt filie gule bm gregorium. s. inepta leticia. scurrilitas: imũdicia: multiloquium: hebetudo mentis vel sensus circa intelligentiam. Inepta leticia est voluptas per exteriores lusus excitans libidinez in gustu. ⁊ ex ipsa postmodum excitata. Scurrilitas est voluptas per verba carnalia libidinem gustus cõmouens: ⁊ ex ipsa postmodum cõmota. Immundicia est voluptas per nimiam cibi sumptionem: libidinem in gustu continuare desiderans. Multiloquium est voluptas per multiplicationem verborum: intendens in gustu conferuare libidinem. Hebetudo mentis est voluptas libidinis cõseruande propzie carnis absorpta: intelligere spiritualia fastidiens. Scõm ysidorum due sunt filie gule. s. comesatio ⁊ ebrietas. quarũ vna in cibo attenditur: alia in potu.

¶ De luxuria Sectio xxiij.

Equitur videre de luxuria quãtum
ſ ad diffinitionem: oppositionem: tentationem: differentias ⁊ filias. Bifinit sic. Luxuria est libidinose voluptatis appetitus. Itẽ sic. Luxuria est cõcupiscentia nimia experiende voluptatis. Itẽ sic. Luxuria est inordinatus appetitus illi9 delectationis q̃ est bm coitũ. ¶ Opponit aũt luxuria continentie. Cuius triplex est differentia. Est enim cõtinentia coniugalis. vidualis ⁊ virginalis. ¶ Quintuplex aũt tentatio est luxurie. sz̃ q̃ in hoc versu continet. Visus ⁊ alloquium: cõtactus: ⁊ oscula: factum. Hoc quippe ordine tentatio luxurie cõsummat. Primo enim inchoat in visu exteriori: siue interiori: vt in cogitatione: Deinde venit ad alloquiz. postea transit ad contactum. deinde p̃rumpitur ad osculum. postea cõsummatur factum.

¶ Differentie luxurie sunt sex. s. fornicatio: adulterium. stupũ: sacrilegium: incestus: peccatum õ naturaz. Fornicatio est luxuria qua solutus cognoscit solutã naturali vsu. Et interligitur ⁊ soluto ⁊ soluta a vinculo coniugij: consanguinitatis: affinitatis: ordinis: ⁊ religionis: vel voti continentie. Adulterium est luxuria qua cõiugatus thorus violat. Stupr̃um est luxuria qua virginalis incorruptio violatur seu defloratur. Sacrilegium hic appellatur sacre persone lesio per viciuz luxurie. Et melius luxuria sacrilega diceret. Hec est luxuria qua votum continẽtie violat: ⁊ hoc in se. vel q̃n in sacris ordinibus constitutus vel religiosus aliquis fornicat cum aliqua soluta. vel soluta aliqua cũ religioso vel sacerdote. Incestus est coitus contra cõsanguinitatẽ affinitatem: vel compaternitatem cõmissus. Peccatum õ naturam est luxuria qua naturalis vsus coeundi maris ⁊ femine dissipatur. ¶ Filie luxurie bm gregorium sunt octo sz̃ cecitas mentis. inconsideratio. inconstantia. precipitatio. amor sui: odium dei: affectus presentis seculi. horror: siue desperatio futuri seculi. Cecitas mentis est voluntas fastidiẽs ⁊ despiciens superiora ⁊ spiritualia. Inconsideratio est voluntas p̃euidere renuens agẽda inferiora. Inconstantia est voluntas libidine carnis confracta: statum suum tenere nõ valens. Precipitatio est voluntas ad aggredi quelibet impetuose. Amor sui est voluntas affectione carnis imbuta. sibi p̃opter se sup̃ omnia adherens. Odium dei est voluntas deũ tanq̃ impedimentũ ppue voluptatis carnalis vel voluptatis detestans. Affectus presentis seculi est voluntas p̃sens seculuz semp manere desiderans. ppter fruitionem voluptatis carnis. Desperatio siue horror futuri seculi est voluntas voluptate p̃senti cecata: de eterna iocunditate desperans. Scõz ysidorũ quatuor sunt filie fornicationis. sz̃ turpiloquia: scurrilia. ludicra: stultiloqa. Sapientie in sermone opponuntur stultiloquia Honestati in sermone opponuntur alia tria. Nam cũ triplex sit bonitas. sz̃ vtilitas: decentia licita: ⁊ honestas. sermoni vtili opponuntur ludicra. sermoni delectabili licito opponuntur scurrilia. sermoni honesto opponuntur turpiloquia.

¶ De peccato ex infirmitate: ⁊ ignorantia: ⁊ industria. Sectio xxv.

Equitur videre de diuisiõe peccati
e trimẽbri: que est. Peccãm aliud ex infirmitate. aliud ex ignorantia: aliud ex certa malicia siue industria ppetrat. Aliõ aliis verbis dicit in euangelio. Est peccatũ in patrem. peccatũ in filiũ. peccatũ in sp̃iritũ sanctum. In patrem cui attribuitur potentia peccare dicit: quãdo quis peccat ex infirmitate. In filium cui attribuit sapientia q̃ peccat ex ignorantia. In sp̃iritũ sanctum cui attribuit bonitas: qui peccat ex industria siue ex certa malicia. Primo videndũ est de peccato ex infirmitate. qõ est auersio voluntatis male humilitate vel male accense ab infirma creatura: a deo oipotente. Due sunt dñãtie huius pcti effective. timor male humiliãs: ⁊ amor male accẽdens. Triplex aũt distinguit amor. sc̃z amor: gratuitus: libidinosus: ⁊ naturalis. Gratuitus hz̃ finẽ principale summũ bonuz. s. incõmutabile deũ. Libidinosus hz̃ finẽ voluptatẽ siue delectatõe in creatura. Naturalis hz̃ finẽ necessitatẽ siue vtilitatẽ ppriã. Primus est laudabilis: q̃ virtus. secundus vituperabilis: quia peccatũ. tertius nec laudabilis nec vituperabilis. q̃ naturalis est. Similiter distinguitur triplex timor. sc̃z naturalis: gratuitus: libidinosus. Naturalis est passio. i. p̃mus motus. ⁊ i testimoniũ humanitatis vere fuit in domino iesu christo. Gratuit9 multiplicatur in seruilẽ. initialẽ ⁊ finalẽ: de quibus alibi dicet. s. in libro de donis. Libidinosus diuiditur in humanũ. quo quis eligit peccare ne ledatur in corpe. ⁊ mundanum: quo quis eligit peccare ne ledatur in possessione. Timore libidinoso homo male humiliatur. Timore gratuito bene. Timore naturali nec laudabiliter nec vituperabiliter. Item amore libidinoso hõ male accendit. Amore gratuito bene. Amore naturali indifferenter. ¶ Peccatũ ex ignorantia est auersio voluntatis ignorantis ⁊ ppetrantis q̃d malũ ẽt ab omniscienti deo. Nota nũ q̃ aliud est peccatum ex ignorantia. aliud peccatũ ignorantie. Peccatũ ignorantie est omissio debite scientie. Peccatũ ex ignorantia est peccatũ q̃d cõmittit ignorant. Est ignorantia iuris: ⁊ ignorantia facti. Ignorantia facti duplex: aut adhibita debita diligentia: ⁊ hec excusat a toto aut non adhibita debita diligentia. ⁊ hec excusat a tanto ⁊ non a toto. Ignorantia iuris quedã est vincibilis. que est culpa. hec autez aut est vero consensu: vt ignorantia affectata. Et ista sic ex vna parte excusat ⁊ alia magis aggrauat: Aut est ex negligentia ⁊ ignauia. sicut ignorãtia crassa ⁊ supina. ⁊ ista etsi aliquo modo excusat. non tamen sic excusat: quin eterno igne ardeat: sicut dicit Aug9. Sic ⁊ ignorantia iuris inuincibilis põt esse duplex. Aut enim ẽ introducta per pambulã culpam. aut p̃eter omnem culpã. Si p̃eter oẽm culpã: aut simpliciter priuat cognitõem iuris. sicut in infantibus ⁊ furiosis. qui oino carent vsu rationis. ⁊ hec excusat a toto. Vn de dicit Berñ. q̃ paruulis infantib9 ⁊ dormientibus nihil imputatur q̃d faciunt. Aut non tollit oino vsum rõnis: sed semiplenum. ⁊ tunc non excusat a toto sed a tanto. sicut in his que nõ plene sunt furiosi. sed habẽt aliq̃

modo aliqua interualla lucida. ⁊ in pueris: qui sunt aliquo modo capaces precepti. licet nō plene. Si aut ignorantia est introducta p ꝑambulā culpā. sicut inebrio ⁊ furioso: quoꝝ vterqꝫ ꝓcipitauit se in hoc p culpā suam. sic nō excusat a toto. Sed vt dicit plus. Ebrius habet duplices maledictōes. vnam p culpa ꝓcedenti. aliā p culpa sequenti. Non tñ ꝓ ꝓprie loquendo est vicendū q ebrius aliquid ꝑperans nouā culpā cōmittat. sed ex consequenti culpa aggrauat prima. vt videtur magis peritis. ¶Iuuis aliqui dixerūt q ꝑter culpam primā in ebrietate cōmissam: secundo cōmittat nouā. ¶Peccatū ex industria siue in spūsctū: est auersio voluntatis malignantis a summe clementie deo. Cuius sunt ſer differentie. ſ. desperatio: ꝓsumptio. impugnatio veritatis agnite. inuidentia fraterne gratie: obstinatio mentis. finalis impenitentia. Quarꝫ sufficientia accipit sic. Istud peccatū impugnat grām penitentialē. p quā fit remissio peccati a deo intra ecclesiasticaꝫ vnitatem. Potest ergo impugnare pnām ipſe. ⁊ sic sunt due species. q: penitētia facit resilire a cōmissis. contra quod est obstinatio mentis. facit etiam ꝓcauere a cōmittendis. contra quod est finalis impenitentia. idest p positum nunq̄ finaliter penitendi. Si autez impugnat grām penitentialem in cōparatōe ad deum a quo datur. sic est duplex species. Nam vniuerse vie domini misericordia et veritas siue iusticia. Misericordiam impugnat desperatio. iusticiā impugnat ꝓsumptio. Si autem impugnat gratiam penitentialem in comparatione ad vnitatem ecclesie i qua recipitur. sic est duplex peccatū. Nam vnitas ecclesie maxime ꝓsistit in duobus. ſ. in fide siue in veritate. cōtra quā est impugnatio veritatis agnite. Et in gratia siue charitate. contra quā est inuidentia fraterne gratie.

¶De idolatria ⁊ heresi. Sectio xxvi.

tura angelica.creaturam ex vtraq; compositam:vt est natura hūana. Sic eni decuit deū producere varia ⁊ diuersa: vt multiplicitas creature faceret ad perfectionez vniuersi.q̄ consistit in amplitudine ambitus:in sufficiētia ordinis:⁊ influentia bonitatis. ex quibus etiā diuina potentia:sapientia : ⁊ bonitas innotescit. Decuit nanq; deum sic res producere vt essent ad manifestationē sue potentie. que quidem apparuit in ꝓductione creaturarū sūme distātiū ⁊ earūdem ꝓiunctione : vt patet in natura humana:in q̄ corporeū ⁊ in corporeū vniunt. Itē decuit deū sic res producere:vt essent in manifestatione; sue sapiētie.que maxime ex perfectione ordinis declaratur.q quidem ordo necessario tria regrit. scz infimum:medium ⁊ supremū. Infimū fuit natura corporalis.supremuz natura spūalis. mediuz natura composita ex vtraq;. Itē decuit deum sic res producere vt essent in manifestationē sue bonitatis ⁊ beniuolētie. que maxime consistit in diffusiōe ⁊ cōmunicatione in alterum. Si ergo diuina bonitas communicauit actum nobilissimū:qui est viuere ⁊ intelligere:vt non tm̄ haberet alij potentiam viuendi ⁊ intelligendi.sed etiam potentiam se cōmunicandi alij.quod factum est in homine:in quo spiritualis vita ⁊ intellectiua ꝓficit corporalem.

¶ De productione machine mundialis.

Sectio x.

D Ehis tribus differentijs videndus est per ordinem. Et primo de natura pure corporali.cuiusmodi est machina mundialis:que sex diebus fuit in esse producta.ita q̄ i principio ante oēm diē creauit deus celū ⁊ terrā. Prima die formata est lux.secunda factum est firmamentum in medio aquaz.tertia die separate sunt aque a terra:⁊ congregate in vnum locum.quarta die ornatū ē celū luminaribꝰ.quinta die aer ⁊ aqua ornati sunt piscibus ⁊ auibꝰ.sexta die ornata est terra animalibus ⁊ hoibꝰ.septima die requieuit deus a nouarū specierū ꝓductiōe. qm̄ oia fecerat. vel in simili:sicut illa que ꝓ pagant. vel in rōne seminali:sicut illa q̄ aliis modis introducuntur in esse. Et sic colligitur ex predictis q̄ triplex fuit operatio diuina in mundi machina producēda.s.creatio:diuisio:⁊ adornatio. Prīa operatio appropriatur patri.secunda filio. tertia spiritui sancto. Creatio fuit ex nihilo:ideo fuit in principio ante omnem diem tamq̄ rerum omniū ⁊ tēporum fundamentū. Distinctio vero corporum mundanoz fuit modo triplici.iō per triduum fuit facta.ita q̄ prima die fuit facta distinctio nature luminose a perspicua ⁊ opaca: cum lux a tenebris est distincta. Secunda die est facta distinctio nature perspicue a perspicua:cum aque inferiores a superioribꝰ sūt diuise. Tertia die facta est distinctio nature perspicue ab opaca.cum diuise sunt aque a terra. Ornatus aūt qui distinctioni corporuz correspondet est etiam in triduo consūmatus. Ita q̄ ornatus nature luminose est sacer⁹. q̄rta die:in formatione stellarum ⁊ solis ⁊ lune. Ornatus nature perspicue factus est.quinta die in qua facti sunt pisces ⁊ aues in aque ⁊ aeris ornamentum. Sexta die est factus ornatus nature opace quādo facte sunt bestie de terra.facta sunt reptilia. facta est humana natura ad consūmationem omniū predictoz.

¶ De consistentia machine corporalis.

Sectio xi

C Onsistit autez tota natura corporea maxime in duobus.s. in natura elementari ⁊ celesti. Celestis distinguitur in tres celos principales.s. empyreum: crystallinum ⁊ firmamentum. In firmamēto autem q̄ est celum continentur septez orbes septem planetarum.qui sunt : saturnus: iuppiter:maros sol:venus:mercurius:⁊ luna. Natura vero elementaris distinguit in q̄tuor: spheras.s.ignis:aeris:aque ⁊ terre. Et sic procedēdo a summo celi cardine vsq; ad centrum terre occurrunt nobis decez orbes celestes:⁊ q̄tuor sphere elemētares. ex q⁹ tota mundi sensibilis machina integrat. ita

q̄ celestia influunt in terrestria ⁊ elementaria quantum ad distinctiua significationem tēporū:dierū:mensiū:⁊ annoꝝ: dicente scriptura. Sint in signa ⁊ tempora dies ⁊ annos. Influunt etiam quantū ad effectuaz ꝓductionem rerū generabiliū ⁊ corruptibilium ⁊ corporum humanoz. Sic tamē sunt in signa temporū:rerū ⁊ operationum:per lucem:calorem:motū ⁊ virtutē. vt non sint certa signa contingentiū futuroꝝ. nec influant super liberū arbitriū per vim constellationū quā dixerūt aliqui fatum esse. Et sic colligitur ex predictis q̄ deus ordinate,ꝛres condidit quantū ad tempus. ordinate disposuit quantum ad situm : ordinate gubernat quantum ad influentiam. In scriptura sacra ordinate narrat quantum ad doctrine sacre sufficientiam: que in principio sui insinuat naturam luminosam nomine celi:naturam opacam nomine terre:naturam perspicuaz nomine aque. Insinuat ⁊ beatissimam trinitatem:patrem in nomine dei creantis.filiuz in nomine principij.spiritūsanctum in nomine spiritus dei. Insinuat etiam nobis appropriata trium personarum.scilicet omnipotētiam patris in producendo ; omniscientiam filij in distinguendo:beniuolentiam spūssancti in influendo.

¶ De sufficientia celorum.

Sectio xij.

E natura celesti spēaliter est videndum. Celum quidē sm̄ cōmunem acceptiōem nominat naturam perspicuam contentiuam. Scōm vero ꝓpriam acceptiōnem nominat naturam pspicuā consentiuā multi contrarietati subiectam. Secundum primam acceptiōem:septem celi a Rabano distinguūtur.scilicz celum aereū:etherem. olimpū:igneū:sydereū:aqueum:empyreum. Quoz sufficientia sic sumitur. Celi enim natura perspicua ⁊ contentiua:aut est dativa luminis:aut receptiua. Si est dativa:aut est vniformis non mota.⁊ sic est celum empyreuz.aut est multiformis ⁊ mota. ⁊ sic est sydereum.aut est vniformis ⁊ mota: ⁊ sic est crystallinum. quarta differentia non habetur:scilicz multiformis ⁊ non mota. Si autem natura perspicua est luminis receptiua:aut est receptiua separabiliter:aut inseparabiliter. Si inseparabiliter:aut sm̄ ſupiorīs superficiei circulum:⁊ sic est olympum: quod monti appropinquat olympo. Si vero separabiliter:aut sm̄ superiorē partem.⁊ sic est ethereum. aut sm̄ inferiorem:⁊ sic est aereū. Si aūt dicat celum natura perspicua contentiua nulli contraria. sic a quibusdam octo orbes distinguūtur.s.septem planetarū cum octaua sphera. A quibusdam amplius eruditis nouē. Ab alijs vero vlteriꝰ illustratis decē. Horū aūt sufficientia sic potest accipi. Distinctio enim celorū:aut est ꝓ primam diuersitatem formarū.aut est per dispositiones motuū ⁊ luminariū contentoz. Si per diuersitatē formarū.sic distinguūtur tres celi. Aut enim in celo viget natura perfecte luminositatj.⁊ sic est habile ad statum glorie ⁊ quietum:sic est empyreū. aut viget in eo natura perfecte perspicuitatis ⁊ effective frigiditatis.⁊ sic est aqueū siue crystallinum. qō facit ad ꝓseruationē rez corruptibiliū:ideo est habile ad motū. aut viget in eo natura ꝓfecte perspicuitatis simul ⁊ luminositatis et effectiue caliditatis.⁊ sic est sydereū:qō facit ad transmutationē inferioz. ideo est multiforme habile ad motū. Si vero celi penes contenta luminaria distinguuntur.sic est orbiū distinctio attendēda. Aut enim orbis cōtinet sydera multitudinē:⁊ sic est celum sydereum siue stellatū. Aut continet vnitatez. ⁊ sic septem planete septē orbibus sunt distincti. quibus regitur vniuersitas temporuz dierum septenario dispensata.

¶ De quattuor attributis angelis cum conditione sui.

Sectio xiij.

E natura pure spūali cuiusmodi est angelica:scz per ordinē sunt videnda.scz conditio angelorū omniū.peccatio malignoz demonum confirmatio

beato:tum spirituū. diffinitio aliquoz nominū ꝓmunū:nō oium. diuisio hierarchiaruz diuersoz statuū. custoditio cōmissoz hominum. ¶ De conditōe supnoz spirituū est tenendū:q angelis a primordio siue conditōis sunt quattuor attributa.scz simplicitas essentie.distinctio personalis ꝓpter rationez naturaliter insistam.memoria:intelligētia ⁊ voluntas.⁊ libertas arbitrij ad eligendum bonum:⁊ respuendum malū. Hec autem quattuor principalia attributa alia quattuor comitantur.scilicet virtuositas in operando:officiositas in ministrando.perspicacitas in cognoscendo:⁊ immutabilitas in eligendo.immutabilitas inquā post electionem siue i bono siue in malo. Substantia quippe spiritualis ⁊ incorporea simplex ⁊ omni careno diuisione quantitatis:cuiusmodi est natura angelica:hocipso q est simplex est virtuosa i operando.hocipo q est virtuosa ⁊ personaliter discreta competit ei distinctio officij in ministrando.hocipo q est simplex ⁊ virtuosa cōpetit ei perspicacitas in discernendo.hocipo q est perspicax ⁊ simplex ⁊ habens intellectum deiformē habet post electionem stabilitatem in electo siue bonum fuerit siue malum. ¶ Sufficientia horum quattuor sic accipitur. Angelus potest considerari quadrupliciter.scz in se:⁊ sic est essentie simplicitas. ad alterum angelum:⁊ sic est distinctio personalis.ad deum:⁊ sic est memoria intelligentia ⁊ voluntas:in quibus consistit ratio imaginis ad ea que eius regimini sunt subiecta. ⁊ sic est libertas liberi arbitrij.

¶ De ꝓuaricatōe spirituū malignoz.

Sectio xiiij.

Dequitur de ꝓuaricatione damnatoz spirituū est tenendum:q lucifer primus inter angelos:plumens de bono ꝓnato:appetijt priuatā excellentiā:volēs alijs superferri.ideo cū oibus adherentibus sibi pdidit locū simmū.s.celū empyreum:descēdens in locū imū.s.caliginosum aerē vel infernū. Cecidit autē in culpā per liberū arbitriū.lapsus ño in penā p diuinū iudicium. Cadēs aūt factus est immutabilis post ruinā. Ideo statim fuit obstinatus in malo:excecatus a vero:deordinatus in operatione:infirmatus in virtute. Voluntas diaboli obstinata habz deformitatē in qua est ꝓtimatio.natura variatio.decisio siue minoratio rationis prime maculeq cuius adhesione nullatenus separatur. Habet ꝓnitatē in qua est continuatio q̄tum ad actū peccādi.nā interuenit variatio quantū ad genus peccati. Ratio vero in diabolo est excecata. Predicit aliq̄s futura:qđ dicit Aug⁹ fieri quattuor modis.scilicet sensuo vel ingenij acrimonia:longa tēporum experientia.dolosa cautela:q proponit aliqri facere que predicit.aliena doctrina cū ab angelis aliquid didicit iusto dei iudicio p mittente. Mysterialis diaboli operatio est hominibus interdicta.tum ꝓpter pctm̄ infidelitatis ne attribuatur diabolo qđ est dei.tū ꝓpter peccatuz idolatrie. quia deliderat diabolus aliquid sibi imolari.tū propter peccatum inobedientie.quia voluntariū cōmertiū cum diabolo p̄cisō tam a deo q̄z ab ecclesia ꝓhibetur. Virtus diaboli peccati merito coartata.quādo permittitur vertitur ad miracula facienda ꝓpter transmutatiōes repentinas circa corpeas creaturas. Possunt discerni diaboli miracula a miraculis deiverijs quattuor modis.scilicet ex parte ꝓncipalis agentis. Nam in miraculis dei operatur virtus potentie infinite.in miraculis diaboli virtus creature. Ex parte ministri:q miracula dei fiunt per publicā iusticiam.scilicet p fidem iustificantem que publice predicatur. vel signa publice iustitie: vt in peccatoribus qui per fidem aliq̄s fiunt miracula operati. Miracula diaboli fiunt per primatos cōtractus ⁊ arcana quedam.q sic inuentores artio magice cum demonibus pepigerunt. Ex parte finis:quia miracula dei fiunt ad hominum vtilitatem ⁊ dei gloriam. Miracula dēmonū ⁊ magoz̄ ad deceptionem ⁊ fraudē. Ex parte facti.quia miracula dei sunt excellentia.vt suscitare mortuos:illuminare cecos ⁊ similia. Miracula diaboli sunt vilia: vt facere muscas:bufones ⁊ serpentes.

¶ De ꝓfirmatione spirituū bonoz.

Sectio xv.

Dequitur videre de ꝓfirmatione spirituū beatoz.de quibus tenendum est q̄ alijs apostatātibus:ipsi immobiliter dño adheserunt.ita q̄ alijs per maliciam irreuocabiliter obstinatis:ipsi sunt per gratiā ⁊ gloriam in voluntate perfecte confirmati. Simul enim tēpore nō natura gratiam ⁊ gloriam ꝓuersionis ⁊ adhesionis ad deum merito perceperūt.ratione cuius fuerunt quantū ad voluntatē stabiles ⁊ felices. In ratione sunt pfecte illuminati ꝺm cognitionem matutinam ⁊ vespertinam. Lux q̄ pe diuina angelū illuminans ad cognitionez dei angelum facit lucē. Cognitio autem dei in se dicitur dies.quia pure est lux tanq̄z cognitio ⁊ ratio cognoscendi. Lux autem angelica diuinitus illustrata habet cognoscere creaturam.que respectu dei tenebra reputatur. ideo eius cognitio dicitur vespertina. ꝓout cognoscitur in seipa.dicitur matutina,put ex illa cognitione ꝓsurgit mens angelica in laudem dei.cognitionem illam referens ad cognitionem quam habet in verbo ⁊ virtute. In virtute sunt perfecte fortificati.siue i operando:siue in exequendo.⁊ hoc siue assumpto corpore:siue etiam nō assumpto corpore. In operatione sunt perfecte ordinati siue ꝓtemplatiua siue administratiua. Duplex ē enim vis angelica.contemplatiua qua contemplant deum:⁊ negociatiua sine administratiua:qua negociant circa salutem hominū. Nō possunt aūt deordinari ascendendo ad contemplationē dei.nec descendendo in administrando homini.q: quocūq̄z mittunt semp currūt ⁊ militāt intra deū.

¶ De diffinitionib⁹ angeli:ordinis:⁊ hierarchie.

Sectio xvi.

Deqū videre de diffinitiōibus triū vocabuloz que faciunt ad noticiaz angelorum:que sunt angelus:ordo:hierarchia. Ex multis nempe angelis ordo constitur git. Ex pluribus ordinibus saltem tribus cōstituitur angelica hierarchia. Angelus diffinitur a Damasceno sic. Angelus est substantia intellectualis semper mobilis. arbitrio liberarinco:porea:deo ministrans:ꝺm gratiā non naturam imortalitatem suscipiens. Ordo sic diffinitur a Gregorio. Est multitudo celestium spirituū qui inter se in aliquo munere gratie similantur.sicut ⁊ in naturalium datorum munere conueniunt. Triplex autē inuenitur diffinitio hierarchie:ꝺz q̄ triplex est differentia hierarchie. scilicet diuina:angelica ⁊ ecclesiastica. Diuina sic diffinitur a Dionysio. Hierarchia est diuina pulcritudo vt simpla:vt optima:vt ꝓsūmatiua. Angelica sic diffinitur ab eodem. Hierarchia ē ordo diuinus:scientia ⁊ actio:deiforme quātum possibile est similans.⁊ ad iuditas ei diuinitus illuminationes:ꝓportionaliter in dei similitudinem ascendens. Ecclesiastica magistraliter sic diffinitur. Hierarchia est rerum sacrarum ⁊ rationabilium ordinata potestas:debitum in subditis obtinens principatum. Hec autem diffinitio potest etiam conuenire angelice hierarchie. A danas.diffinitur angelus quantū ad substātiā:cū dicit Angelus est substātia incorpea. Quātū ad virtutē:cū dicit intellectualis.semp mobilis. arbitrio libera. Ubi tangit triplex virtus angelica.s.cognitiua:cū dicit intellectualis.operatiua:cū dicit semp mobilis.q: infatigabiliter operat:imperatiua:cū dicit arbitrio libera. Spatio tangit cū dz.deo fruens. Duratio cū dicit:gratia nō natura imortalitatez suscipiens. Ordo notificat quantū ad fundamentū:cum dicit.ordo est celestium spūum multitudo.⁊ quantum ad complementū:cuz dicit.qui inter se in aliquo munere gr̄e similant.⁊ quantū ad dispositōem:que inter hec medium tenet locum.cum dicit.sicut in naturalium donoz participatione ꝓuenit. Diffinitio angelice hierarchie notificat ipsam

egredientem a deo per modū imaginis: cuz dicit. hierarchia est ordo diuinꝰ scia ⁊ actio. vt ordo id est ordinata potestas respondeat patri. scientia filio actio spūi sancto: ꝑm memoriā: intelligētiam: ⁊ voluntatē. Secundo describit: vt egrediens per modū similitudinis. cū dicit: deiforme quantū possibile est similans: quantū ad habitū. ⁊ ad inditas ei diuinitus illuminatōes: ꝓportionabilit in dei similitudiné ascendēs quantū ad actum. In diffinitione hierarchie increate ostendit eē vnitas in trinitate: cū dicit: diuina pulchritudo. Pulchritudo enim ex pluralitate ⁊ eqlitate constat. Ut aūt ostendat q pluralitas ñ preiudicat vnitati: dicit vt simpla. q vnitas pluralitati: dicit vt optima. q vnitas spectat ad perfectionē pluralitatis ⁊ econuerso: subiungitur vt cōsummatiua.

¶ De triplici diuisione hierarchie.

Sectio xvij.

Equitur videre de tribus diuisiōibus hierarchie. Prima hec é. Hierarchiaꝝ: alia supercelestis .i. diuina. alia celestis. i. angelica. alia subcelestis. i. ecclesiastica vel humana. O missa ecclesiastica et diuina subdiuidit diuisione secūda angelica hierarchia: i supremā: mediā: ⁊ infimā. siue per alia vocabula: in epiphaniā: hyperphaniam: ⁊ hypophaniā. Epiphania est in calescentis actōis incendio altioris intellectus fastigio iudiciiqz libera resultatio distributa. Hyperphania é diuina illuminatio sui participo interscalāri reuerentia insigniēs: visu edocens diffandi: arcensqz contrarium. Hypophania est diuinū participiū legibus nature occurrens: arcana reserans ꝓ capacitate discreta. Tertia diuisio est hec. In suprema hierarchia que dicitur epiphania sunt seraphin. cherubi: ⁊ throni. In media siue hyperphania sunt dñationes virtutes: ⁊ potestates. In infima siue hypophania sunt principatus: angeli ⁊ archangeli. ¶ Agūtur quidem ⁊ agunt angeli ꝑm ordiné hierarchicuz in eis initiatū ꝑ naturā: consummatū ꝑ gloriam. que in eis stabiliuit liberi arbitrij vertibilitatē. illustrauit perspicacitatē. roborauit virtuositatē. ⁊ ordinauit officiositatē. Perspicacitas rationis in cōtēplando: aut respicit bonitatē desiderādam. sic sunt seraphin. aut veritatem intelligendā: sic sunt cherubi. aut maiestatem venerandā: sic sunt throni. Ad thonos spectat reuerentia. ad cherubin sapientia. ad seraphin benivolentia. Ad perfectam virtuositatem spectat virtus impatiua que est in dñationibus. virtus executiua: que est in virtutibus. virtus expeditiua: que est in potestatibus: quaꝝ est arcere ꝓ trarias potestates. Ad perfectam officiositatem spectat regere: quod faciunt principatus. dirigere: qō faciunt archangeli. reuelare qō faciūt angeli.

¶ De custodia hominum per angelos.

Sectio xviij.

Am sexto ⁊ vltimo circa naturam angelicam: de custodia hoium siue regimini cōmissoꝝ est videndum. Ad cuius noticiam est notādū: q angeli habent ab hominibus defectū quadruplicem reuelare. scilicet: ꝓsonitatem ad malum: difficultatem ad bonū. longinquitatem a domino ⁊ tepiditatē a mente. Ad que quattuor: designanda. quattuor: nomina angelorum ⁊ nō plura sunt in scriptura hominibus reuelata. scilicet Raphael: qui interpretatur medicina dei siue sanans dominus. hic est missus curare throbiam a cecitate oculorum. ⁊ sarā ab improperio de'occisiōe viroum. Et hoc contra duo que ex originali contraximus: que sunt ignorantia rerum agendarum. ⁊ cōcupiscentia noxiarum. per que duo reddimur ad malum labiles. Item Grabriel: qui interpretatur fortitudo dei. qua fortificamur ⁊ confortamur ad obseruantiam preceptoꝝ dei: ⁊ ad impletionem consilioꝝ. nam. In signū primi missus est annunciare ortum ꝓcursoris de coniugato. In signuz secundi: missus est annunciare ortum saluatoris de virgine. Per iohannis exemplum reddimur fortes ad expugnandū malū. per christi beneficiū ⁊ exemplum reddimur dispositi ⁊ faciles ad bonum. Item michael qui interpretatur quis vt deus: qui dicitur alias in celo dño pugnare. ꝓpter quas de manu diaboli eruendas cōmisit plium cū draconē. Huius duas solēnitates solēniter celebramus .s. apparitionis et dedicationis. In signum q ipse ꝓ nobis é dum viuimus in hoc seculo: ⁊ dū educimur de exilio. Item Uriel qui interpretatur lucens deo siue apparens deo: vel ignis dei aut incendium dei. que duplex interpretatio inuit q per eius ministeriū illustramur in veritate: ⁊ inflammamur in charitate. Mittuntur enim angeli ad i luminandum nostrū intellectum ⁊ inflāmandū nostrū affectū. etsi nō effectiue: saltē dispositiue. De hoc nota vide legitur in tertio Esdre. q missus est iste angelus ad consolatōem populi dei qui ab alienigenis ꝑmebat. Habent etiā angeli circa hoiem actū triplicem frequentare. s. purgare: illuminare: ꝑficere: Primus actus ordinatur ad amotōem impedimētoꝝ. scōs ad cognitōem veroꝝ. tertius ad dilectionem bonoꝝ. ¶ Habent tertio in hoibus effectū duplicē ꝑcreare. Unū scz respectu boni: vel ꝓseruandi: vel acquirendi: vel augmentādi. Aliū respectu mali: vel deserendi: vel vitandi: vel minuendi. ¶ Habent nihilominus omnes ꝓpter misteriū humani generis militare. Quidā enim mittunt ad nos missiōe exteriori. i. quidam mittunt ad angelos ꝓpter nos missione interiori. sicut illa superna agmina que ꝑeminent. que visum exteriorio officij nunqz habent. tamen ad nos vel ꝓpter nos mittuntur. ꝑm q dicit apostolus q omnes sunt administratorij spūs in ministerium missi ꝓpter eos qui hereditatem capiunt salutis. ¶ Habēt quoqz angeli ad custodiā hoium deputati ab infusione aie vsqz ad egressionem de corpe conatū diaboli cōtra hoiem refrenare. Unde dicit bñs Hierony. Magna est dignitas animaꝝ: vt vnaqueqz habeat ab ortu natiuitatis sue in custodiam angelum delegatū. Et beatus Gregorius dicit q vnusquisqz habet vnū bonū angelū sibi ad custodiam: ⁊ vnū malū ad exercitium deputatum.

¶ De diffinitōib⁹ aie. Sectio xix.

Estat videre de tertia differentia creature: que composita est ex spiritali ⁊ corpali. cuius modi é humana. Ei primo quantū ad aiam. scō quantuz ad corpus. tertio quantū ad coniunctū. De anima humana duo sunt ꝓncipaliter videnda scilicet diffinitio: ⁊ potētiaꝝ diuisio. Anima septem diffinitionibus diffinit. Prima é in libro de motu cordis. Aia est substātia incorporea intellectualis illuminationū que sunt a prima ⁊ vltima relatione perceptiua. Secūda est Remigij. Anima est substantia incorporea regens corpus. Tertia est Aristotelis in libro de anima. Aia est actus primus corporis organici physici potentia vitā habentis. Quarta est Augustini. Aia est similitudo omniū. Quinta est similiter Augusti. Aia est substantia quedā rōnis particeps regendo corpi accōmodata. Sexta sumit ex Bencii. Anima est deiforme spiraculū vite. Septima est Senece. Aia est spūs intellectualis i se ⁊ in corpore ad beatitudinem ordinatus. ¶ Per primā diffinitionē notificat aia rationalis: put est spūs. p scōam ⁊ tertiā. put est anima. Copulat enim aia ⁊ vnit corpori vt motor mobili. ⁊ sic est scōa. ⁊ vt pfectio pfectibili. ⁊ sic est tertia. Per alias .v. quatuor que sequunt diffinit vt anima ⁊ spūs. ita q quarta est per compatōem ad creaturas generaliter. quinta p compatōem ad corpus qō perficit. sexta p compatōem ad deuz tanqz ad suā causam efficientē. septima per cōparationem ad deū vt finē vltimū. citra quē nō potest rōnalis quietari.

¶ De diuisiōne potentiarū aie ꝑm nrg'os in quinqz mēbra. Sectio xx.

Equitur videre diuisionē potētiarū anime. Ad quaz noticiā habendam quadruplex est diuisio per cur

renda. Una diuisio ſm magiſtros é in quiq; mébra.ſ.in ſenſualitatẽ:ſenſum:imaginationem:rõnem:ꝛ intellectũ. Senſualitas ꝛ magiſtros eſt illa potentia que ſenſificat corpus: ꝛ mouet ꝛ appetit ea que ſunt delectabilia corpori:ꝛ refugit nociua. Senſus eſt illa vis anime qua hõ cognoſcit res corporales p̃ſentes. Imaginatio eſt illa vis anime que ĩtuetur res corpales abſentes. Ratio eſt illa vis anime qua aĩa inter bonũ ꝛ malũ. inter verꝛ falſum diſcernit infra ſe. Intellectus é illa vis anime qua aĩa appꝛehendit res immateriales ꝛ itelligibiles:vt aĩam angelũ ꝛ deũ. ¶ Horum quinq; mébroꝝ ſufficientia ſic poteſt ſumi. Anima eſt quaſi duo ſicut dicit Aug⁹. Eſt anima ꝛ ſpũs. Anima:inquãtuꝫ corpus perficit ꝛ viuificat. ſpũs inquantum ſine corpore conſideratur:ꝛ ſepata pdurat.

Scõm vero q̃ eſt aĩa comparat ad corpus ꝛ corpus ad aĩam. ꝛ ſic congruit aĩa corpori ꝛ aptat ei vt influat ei vitã ꝛ ſenſum. Et hec potentia anime dicitur ſenſualitas. Cõgruit etiã corpus anime ꝛ aptat ei vt p̃ corpus pficiat quantũ ad vitã inferioꝛẽ. Et hec potentia dicit ſenſus. Senſus aũt eſt duplex. ſcilicꝫ interior: qui dicit imaginatio:ꝛ exterior qui cõmuniter dicit ſenſus:vt viſus qui fit p oculum. ꝛ auditus per aurem:ꝛ ſic de alijs. Ipſa vero aĩa inquantũ ſpũs:dicitur duplicem hꝫ aſpectũ. Unũ reſpectu inferioꝝ:ꝛ vnũ reſpectu ſupioꝝ. ꝛ q̃ dicit Aug. q̃ aĩa duas habet partes.ſ.vnam ad ſupioꝛa reſpicientẽ ꝛ aliam ad inferioꝛa. Inferioꝛẽ magiſtri appellant rõnem.ſuperioꝛẽ vero intellectũ.

¶ De diuiſione potentiaꝝ ſm naturales i tria mébra. Sectio xxi.

Ecunda vero diuiſio ſm naturales eſt in tria mébra. Scõm enĩq; q̃ aĩa cõparatur ad actus:tres ſunt anime potentie ad actũ triplicẽ ordinate. Tres quidem ſunt actus aĩe p̃imi.ſ.vegetare:ſentire: ꝛ ratiocinari. Et ſm hoc diſtinguit triplex anime potẽtia.ſ.vegetabilis:ſenſibilis:ꝛ rationalis. Nota tñ q̃ vegetabilis eſt anima i plantis. Senſibilis eſt aĩa in bruttis. Rõnal eſt anima in hoib⁹. In hoĩe aũt nõ ſunt tres aĩe:ſed tres potẽtie ſunt vicende in vna aĩa. Vegetabilis appetit eſſe. ſenſibilis bene eẽ: rõnalis optime eſſe. Vegetabilis ſubdiuidit in generatiuã ꝛ nutritiuã. Generatiua eſt ad conſeruationem eſſe vniuerſalis. ſcilicet ſpeciei. Nutritiua eſt ad ꝑſeruationem eſſe ſingularis.ſ.indiuidui. Nutritiue duplex é actꝰ ſcilicet nutrire:ꝛ iſte actus ſemp eſt neceſſarius. augmentare:ꝛ iſte ſoliꝰ eſt neceſſarius vſq; ad rei cõplectõem. Unde nutriunt ſem per aĩalia nõ aũt ſemp augmẽtant. Vis ſenſibilis diuiditur in ap̃hendẽſiuã ꝛ motiuam. Ap̃hendẽſiua diuidit in ſenſum particularẽ ꝛ ſenſum cõmunẽ. ſiue in ſenſum exteriorem ꝛ interiorem. Senſus particularis ſiue exterior diuiꝫ in quinq; ſenſus. ſcz viſum auditum:guſtum:odoratum ꝛ tactum. ¶ Circa iſtos quinq; ſenſus tria neceſſario requirũtur.ſ.bonitas oꝛgani:diſpoſitio medij:ꝛ p̃ſentia obiecti. Organum viſus ſunt pupille oculorum. organũ odoratus ſunt nares. organum auditus ſunt aures. organum guſtus lingua ꝛ palatum:organũ tactus ſunt nerui totius corporis. Iſta oꝛgana deſcendunt ab anterioꝛi parte cerebri. In qua quidẽ eſt neruꝰ qui dicit obticus.ꝛ deſcendit ad pupillas:ꝛ ramificatur in duas partes. Alius deſcendit ad nares:alius ad aures. quidã alius ad linguam ꝛ palatũ:quidam multipliciter ramificatus eſt organũ tactus in toto corpore. Obiecta vero ſenſuũ ſunt hec. Obiectũ viſus eſt color ꝛ eius differẽtie. Obiectũ odoratus eſt odor ꝛ eius differentie. Obiectum guſtus eſt ſapor ꝛ eius differentie. Obiectuꝫ auditus eſt ſonus ꝛ eius differẽtie. Obiectũ tactus ſunt elemẽtales qualitates:vt calidũ: humidũ:frigidum:ſiccuꝫ.raꝝ ꝛ denſum.leue ꝛ graue:aſperum ꝛ lene. Medi a ſenſuũ ſunt hec. aer ꝛ aqua.ꝛ q̃libet corꝰ diaphanum ꝛ tranſparens illuminatũ eſt medium i viſu. Aer exterior ꝛ interior eſt medium in auditu. Auris enim concauꝫ in concauitate habet aerem intrinſecum ſibi ꝓnaturalez. Uapoꝛ per aerẽ delatus eſt mediũ in odoratu. Res enim odoꝛifera quaſi fumũ ſenſibilem euaporat.ex quo immutatꝫ aer deferens odoꝛatui odoratũ. Humoꝛ ſalinalis eſt medium in guſtu. Caro eſt mediuꝫ in tactu. ¶ Interioꝛ ſenſus diuiditur in tres partes. ꝟz tres partes cerebri.que ſunt:anterioꝛ in qua eſt imaginatio. media in qua eſt eſtimatiua:poſtrema in qua eſt memoria. Imaginatio aliquando dicit ſenſus ꝯmunis:aliq̃s imaginatio. aliquando phantaſia. Senſus cõmunis dicit inquantũ ſibi concurrũt ſenſus particulares quinq; tanq̃ linee ad centꝝ. ibiq; ligãtur. Imaginatio dicitur inquantũ repꝛeſentat formas p̃ius receptas a particularibus ſenſibus:q̃uis abſentes. Phantaſia inquãtum põt ꝓponere formas nouas ſm ſilitudineꝫ coꝝ que peepit p ſenſus ꝑticulares. Eſtimatiua eſt illa vis ſm quã dicimus ſagacitatem vel p̃udentiã in bruttis. vt in vulpe ſiue in alijs:in appetẽdis delectatiõibus ꝛ refugiendis nociuis. Memoria eſt vis illa que cõſeruat ſiue retinet formas ſenſibiliũ ſpẽrum. ¶ Uis ſenſibilis motiua eſt motiuũ ſm motum motꝰ vniuerſaliter mẽbra corporis. vt caput brachia ꝛ armos. Motiua pedum dicitur grefſibilis:q̃ ſm eam mouetur animal motu pgreſſiuo. ¶ Uis rõnalis diuiditur i intellectum ſpeculatiuũ:qui exercẽt in ꝓtem platõe veri.ꝛ practicũ qui in operatõe boni. Scõm hãc duplicẽ radicẽ intellectuũ dicitur vita actiua ꝛ ꝛẽplatiua.

¶ De diuiſiõe potentiaꝝ ſm theologos et naturales. Sectio xxij.

Ertia diuiſio ſm theologos ꝛ naturales eſt hec. Potentiaꝝ corporalis.i.corporis regitiua.alia ſpiritualis. Corporis regitiua diſtinguitur i animalẽ vitalẽ ꝛ naturalẽ. Scõm has vires aĩa regit corpus. Uis animalis ſm medicos eſt in cerebro. vitalis in corde:naturalis in epate.

Uis animalis diuidit in cognitiuã ꝛ motiuam. De cognitiua dicũ eſt ſupra. Motiua diuiditur in iraſcibilẽ ꝛ cupiſcibilẽ. Obꝰ enĩq; animalis aut é a malo nociuo:ꝛ dicitur motus fuge qui eſt ab iraſcibili. Aut eſt ad bonũ delectabile:ꝛ talis motus eſt a cupiſcibili. ¶ Uis vitalis eſt vis motiua aeris i corpe animalis p arterias vnde eſt pulſus. Tanti enim caloris eſt cor:q̃ niſi refrigeraretur aere a tracto per inſpiratiõé ꝛ emiſſo p reſpiratiõem animal moꝛeꝛet. Hec eadẽ vis eſt motiua ad vocẽ formandã:eo mõ quo formaꝫ vox irrationalis:vt vox auiuꝫ ꝛ aialiũ. ¶ Uis naturalis ꝓpẽdit nutritiuã ꝛ generatiuã. Sed nutritiua eſt ad ꝑſeruationẽ nature ſingularis. generatiua eſt ad cõſeruatiõem nature vniuerſalis. Nutritiue ꝟz tuti alie quattuoꝛ deſeruiũt. ſ. appetitiua q̃ appetit nutrimentũ. digeſtiua que ſepat conueniens ꝛ nõ conueniens in aliméto. retentiua q̃ tranſmittit ad ſingulas partes corpis. qõ cõueniens eſt in nutrimento:vt facta deperditio. reſtaureꝛ. expulſiua que expellit qõ i nutrimento fuit inconueniẽs ꝛ nociuũ. ¶ Spiritualis aũt. i. ſpũs regitiua: diuiditur aliquãdo ſm naturã intellectiuã ꝛ affectiuam. Aliquando ſm officia:vt cũ diuidit rõ in ſupioꝛem ꝛ inferioꝛẽ. Aliq̃ ſm ſtatus:vt cũ diuidit in intellectum ſpeculatiuũ ꝛ practicum. Speculatiuus intellectus ẽtiõe fit practicus dũ coniũgit volũtati ꝛ operi. Aliq̃ ſm aſpectus:vt cũ diuidit cognitiua in rõnem q̃ aſpicit ad inferiora.ꝛ intellectũ qui aſpicit ad par.ꝛ intelligentiã que aſpicit ad ſuperiora. Aliq̃ ſm actus:vt cũ fit diuiſio i imentiuaꝫ ꝛ diiudicatiuam. Inuenire enim ꝛ iudicare ſunt actus potentie cognitiue adinuicem ordinati. Aliq̃ ſm differẽtias:vt cũ diuidit. intellectus in agentem ꝛ poſſibilẽ. Nã prima differẽtia intellectus vtiq; aia ad abſtrahendũ. ſcõa vero ad recipiendũ. Aliq̃ ſm diuerſos modos mouẽdi:ꝛ ſic eſt diuiſio voluntatis ſiue appetitus in naturalẽ ꝛ deliberatiuã. Prima eſt diuiſio p̃incipalis in itellectum ꝛ affectũ. ſiue cognitiuã ꝛ affectiuam ſiue in rõnem ꝛ volũtatẽ. Uoluntas dicit

potentia:ꝛ sic diffinit ab Anscl. Uolũtas est instrumentũ per scipsum mouens. Dr actus siue mor potentie.ꝛ sic diffinit ab Augu. in lib.lxxxiij. quæstionum. Uelintas est animi mor cogente nullo ad aliqđ admittendum vel non admittẽdũ: vel nõ admittendum vl adipiscendũ. Dr etiam volitũ. vt cum dicit aliqs. hec est mea voluntas. Ser sunt actus ad voluntatez liberã pertinẽtes ꝺz Damasc. sez consiliũ. iudiciũ. sententia: electio: operatio:ꝛ vsus. Liberũ arbitriũ vult: ecce voluntas. Inquirit ꝛ scrutat: ecce consiliũ. iudicat: ecce iudicium. disponit: ecce sententia. eligit: ecce electio. que est duobus placentib⁹ alterum ꝓoptare. impeñ facit: ecce opatio. agit: ecce vsus. ¶ Ratio aũt habet quoz actus. duos p quos dirigit in finẽ veri: quoꝝ vn⁹ ꝓcedit cognoscere:ꝛ dicitur ratiocinatio:q̃ sic ab Augustino diffinitur. Ratiocinatio ẽ rationis ingressio. Huic ratiocinatõi est insitum ingeniũ: qđ diffinit ab August. Ingeniuz est illa vis aie siue intentio: qua se extendit aia ꝛ exercet ad incognitorum cognitionem. Alⁱ⁹ actus est ipsum cognoscere: qđ est aspect⁹ veri. Et ſm hoc diffinit ratio ab August. Rõ est animi aspect⁹ quo ꝑ seipsuz vez intuetur. Habet enã ratio treo act⁹ p quos dirigit in finez boni. Prim⁹ est boni ꝛ mali discretio: siue boni ꝛ melioris. Scõs est discretione facta boni siue melioris electio. Tertius est dilectio. De his tribus dicit Augu. Ratio est anime aspectus: quo bonum ꝛ malum discernit. virtutes eligit: deum diligit.

¶ De diuisione potentiarum ſm Augustinum. Sectio xxiij.

q Uarta diuisio potentiarum ponit ab Auguſtino in li.ō spũ ꝛ aĩa. que facit ad maiorem euidentiã ꝓdictorum. Distinguit autem vires aie in rõnalem cõcupiscibilem ꝛ irascibilẽ. Per rõnalez est aĩa habilis ad cognoscendum aliqd infra se: supra se:in se:ꝛ iuxta se. Cognoscit siquidem deum supra se:in se:ꝛ iuxta se. Cognoscit itidem deum supra se:se in se:angelum iuxta se:ꝛ quicqd celi cõtinet ambitu infra se. De rõnalitate ois sensus anime nascitur. de concupiscibilitate ois affectus. Affectus ãdripit⁹ esse dinoscit: dum de eo quod amam⁹ iã gaudemus: vel gaudendũ speram⁹. vel cum de eo qõ odimus iam dolemus: vel dolẽdũ metuimus. Unde de concupiscibilitate: gaudiũ ꝛ spes: de irascibilitate dolor ꝛ metus oriuntur. Qui quidem ãtuor affectus aie omniũ sunt viciorũ atqz virtutũ ãsi quedam principia ꝛ cõmunis materia. Affectus qdẽ omni operi nomẽ imponit. ¶ Notandũ vo q̃ sensus aie virtutes apphensiue vocant siue cognitiue q̃a rationabilitate oriunt. Quinqz aũt sunt p:ogressus ad sapientiã. sensus: imaginatio:ratio:intellectus:intelligentia. Sensus est ea vis aie que rerũ corporearũ corporeas recipit formas: sed pñtes. Imaginatio est ea vis aie que rerum corporearz corporeas recipit formas sed absentes. Sẽsus nanqz formas accipit in materia: imaginatio extra materiam. Et ea vis exterius formata sensus dr:ꝛ eadem vsqz ad intimum traducta vocatur imaginatio que de sensu oritur. Rõ ẽ ea vis anime que rerũ corporearz formas:naturas:differentias: ꝓpria ꝛ accidentia oia ꝓcipit incorporea sed nõ extra corpea nisi ratione existentia. Abstrahit enĩ in corpib⁹ q̃ fundantur a corporalib⁹ non actiõe sed ꝯsideratiõe. Intellectus est ea vis aie que inuisibilia percipit: vt angelos: demones: aiaꝭ. ꝛ omnem spiritũ creatuz. Intelligentia est ea vis anime que imediate supponit deo. Cernit quidem ipsum sũmũ vez ꝛ de immutabile. Sic ergo aĩ sensu ꝓcipit corpea. imaginatõe corporũ silitudines. rõne corporum naturas. intellectu spiritũ creatum. intelligentia spũs increatum. Ad imaginationẽ que dr sensus communis ꝛ etiam phãtasia ptinẽt ea q̃ videt in somnis dormientes. de quibus dicit Augu. q̃ omniũ que sibi videntur videre dormientes quinqz sunt genera. s. ex:aculũ: visio:somnium:insomniũ. phantasma. Oraculũ est cuz in somnis pareno vel aliqua grauis ꝑsona:

seu sacerdos. vel etiam deus aliquid euenturum aperte vel non euenturũ: faciendũ vel vitandũ denunciat. Uisio est cũ id quis videt qđ eodem modo quo apparuerat eueniet. Somniũ est figuris tectũ. ꝛ sine interpretatione intellecti nõ põt. Insomniũ est q̃ id qđ vigilantem fatigauerat se ingerit dormienti. sicut est cibi cura vel potus: vel aliqua ſtudia vel artes: vel infirmitates. Juxta infirmitates enim diuersi diuersa accipiunt somnia. Alia enim vident sanguinei. Alia dolerici. Alia melancolici. Alia flegmatici. Isti enim vident rubra ꝛ varia. illi nigra ꝛ alba. Phãtasma est q̃ vir dormire ceperit qs ꝛ vigilare se existimat. ꝛ videtur aspicere irruẽtes in se vel passim vagantes formas discrepantes ꝛ varias. letas ꝛ turbulentas. In hoc genere est ephialtes: quem opinantur vulgares inuadere dormientes ꝛ oppũmere quie scentes. qđ non est nisi fumositas conscẽdẽs ad cerebruz a stomacho vel a corde: vim cõ primens animalem.

¶ De quo est anima. Sectio xxiiij.

p Otest colligi ex ꝓdictis q̃ aĩa est ens viuens: intelligẽs: ac libertate vtẽs Forma quidem est ens non a seipsa nec de diuina natura. sed a deo per creationem de nihilo in esse deducta. Forma autez viuens est non ex natura extrinseca: sed ex ipsa. non vita mortali sz ꝓpetua. Forma vero intelligens. non nñ creata: sed etiã creatrix essentiaz: ad cuius imaginẽ ꝛ silitudinẽ facta est. Imago aũt nominat cõformitatem in quantitate. similitudo vero conuenientiaz in qualitate. Imago nanqz dicit quãdaz configurationem. ꝛ illa importat figurã. que est quantitas in qualitate. ꝛ qualitas in quantitate. Silitudo vero dr rerum differentium eadem qualitas. Ex hac primaria differentia triplex modus distinguendi inter imaginẽ ꝛ silitudinem assignatur ſm Hugo. Imago respicit figuram: silitudo naturam. Alius est modus distinguendi: q̃ imago est in natura lib⁹. silitudo in gratuiz. Tert⁹ modus ſm Aug. est q̃ imago est in potentia cognoscendi. silitudo in potẽtia diligendi. Hec vltima est ꝑ appropriationẽ ꝓ eo q̃ in imagine que est ꝑ creationẽ due sunt potentie ex parte cognitiue. s. memoria ꝛ intelligẽtia. ꝛ vna ex pte affectiue. s. volũtas. Ecõtrario aũt in similitudine que est ꝑ recreationẽ siue iustificationem: due sunt virtutes ex parte affectiue. s. spes ꝛ charitas. ꝛ vna ex parte cognitiue. s. fides. Et ꝓpter eã ponit imago in potẽtia cognitiua. silitudo in potẽtia affectiua. Diffinitur aũt imago ab hylario i libro de synodis sic. Imago est ei⁹ rei ad quam imaginamur species in differentijs. Est etiã anima forma libertate vtens: q̃ sp est libera a coactione.

Hec autem libertas a coactione nihil aliud est q̃z facultas ratiõis ꝛ volũtatis que sũt potẽtie anime ꝓncipales. Hec aũt libertas cõsurgit ex deliberatiõe ꝓambula ꝛ voluntate adiũcta. ꝛ cõiter liberũ arbitriũ appellatur. De quo libero arbitrio videndum est quã tũ ad diuersam diffinitionẽ. ꝛ q̃ztũ ad variã denominationẽ. Liberũ arbitriuz a plõ sic diffinit. Liberũ arbitriũ est a volũtate iudicium. A bernardo sic in libro de libero arbitrio. Liberũ arbitriu est ꝯsensus ob volũtatis inamissibilem libertatẽ: ꝛ rõnis indeclinabile iudiciũ. Alb augustino sic. Liberz arbitrium est facultas rõnis ꝛ volũtatis: qua bonũ eligit gratia assistente. vel malũ eadẽ desistẽte. Ab anselmo in libro de libero arbitrio sic Liberum arbitrium est potestas sernãdi rectitudinem ꝓpter seipsam. Potest enĩ liberz arbitriũ considerari quantũ ad actum: ꝛ sic diffinit a Bernardo. Quantũ ad actũ ꝛ obiectũ. ꝛ sic ab anselmo. Quantum ad actum ꝛ obiectum ꝛ finẽ vltimũ: ꝛ sic ab Augusti no. Denominat aũt ista potẽtia a mgrõ sententiaz libertas a coactione siue necessitate a culpa ꝛ a miseria. A bernardo vo libertas arbitrij consilij ꝛ cẽplacii. A mgr̃o sententiaz ꝓuatiue. a Bern. positiue. Considerari enim potest libertas ista quãtũ ad cẽ: ꝛ sic dicitur a magistro libertas a coactione

priuatiue:a Bernar.libertas arbitrij positiue. Item quantus ad bene esse.ad quod requiritur duplex bonum.s.bonum rectificatiuum ordinans.t bonum delectans siue quietans. Et excluditur duplex malum.s.malum deformans:t malū affligens. Respectu mali deformantis dicitur a magistro libertas a culpa:priuatiue. Respectu boni rectificantis dicitur a Bernardo libertas consilij: positiue. Respectu mali affligentis dicitur a magistro libertas a miseria:priuatiue. Respectu boni quietantis dicitur a Bernardo libertas complaciti positiue.

¶ De conditione humani corporis.

Sectio xxv.

Equit videre de natura compositi
f hoc est humana natura quantus ad corpus. Fuit enim corpus primi hominis de limo terre conditum t formatum. anime subiectum:t proportionabile suo mō Proportionabile inq̄ fuit quātus ad equalem complexionē:t quantū ad pulcerrimas t multiformē organizationem:t quātum ad statute rectitudinem. Quāuis enī corpus t anima multum distent.tñ infimus spiritus t suprēmum corpis sunt vnibilia miro modo. Spiritus enim animalis siue rōnalis habet potentiam vivificandi:potentiam vegetādi. t potentiam sentiendi. Corpus vero habet complexionis equalitatem.organoꝝ multiformitatem.t spirituū subtilitatē.sm triplicē differentiam. Habet namq̄ spiritum vitalē. spiritum naturalem:t spiritum animalem. Comparando igit complexionis equalitatē ad potentiam vivificatiuam per mediū siue vinculū spiritꝰ vitalis optimꝰ est nexus. Similiter compando nō solum cōplexionē eq̄lem.verumetiā organizationis perfectiones ad potentiam vegetatiuā t sensitiuas mediāte spū naturali t aiali.optima est proportio t mirabilis nexus. Unde sicut terra t ignia q̄ suis multum distent.duplici tñ medio connectūtur. vno qō magis cōmunicat cū igne alio quod magis cōmunicat cuz terra. sic est in proposito intelligendum. Rursus quoniaz anima tanq̄ ad beatitudinez ordinata t habilis tendit sursum: corpus habet statute rectitudinem t caput sursum erectum. vt sic rectitudini spiritus attestet. Fuit etiam corpus anime subiicibile t subiectum. ita q̄ esset obtemperans sine rebellioē: vegetabile sine defectione. propagabile sine libidine. Unde datus est sibi paradisi terrestris locus in tranquillam habitationem. datum est ei lignum vite ad continuam vegetationem. formata ē ei mulier de latere viri in consortium t aditorium ad immaculatam propagationez. Et quia homo ex homine: sicut est in ceteris: seminaliter propagat.de ratione seminali ē aliquid adiungendum. Ad qō notandum est q̄ causa t causalis ratio cōmunis est ad principium extrinsecum t intrinsecum quantū ē de vi nominis. Semen vero t ratio seminalis respicit principium intrinsecum. Possunt nī distingui: vt causa t ratio causalis accipiatur quantum ad principium increatum. semen t ratio seminalis quantum ad principium creatum. Differunt tamen causa t ratio causal quia causa dicit principium productiuum. ratio vero causalis dicit regulam dirigentem illud principium in operatione sua. Similit eciam differūt semen t rō seminalis. Regula autem agentis increati est forma exemplaris vel idealis. Regula agentis creati est forma naturalis. Et ita rationes causales sūt forme ideales vel exemplares. Rationes vero seminales sunt forme naturales. Et sm hoc patet q̄ rationes causales t primordiales sūt idē re: differentes soluz ratiōe. Primordiales dicunt per priuationem prioris. causales p positionem posterioris. Et primordiales respiciunt deū t primum principium. causales respiciunt deū t vltimum finē q̄ est causa causarum. Similiter naturales rōnes t seminales idem sunt re: sed differūt rōe. quia semen dicit vt ex quo: natura vt a quo. Rō seminalis attendit inquantū dicit potentiaz nature vt ex aliquo aliquid fiat. Vel seminalis ratio respicit inclinationem t virtutē intrinsecam: que mouet t operatur ad effectus producti onem. Naturalis vero ratio concernit producentis ad productum assimilationez. t modi agendi assuetudinem.

¶ De toto homine ex corpore t anima constituto.

Sectio xxvi.

Am tertio est videndum de toto homine ex aia t corpore cōstituto. De
i quo doctrinaliter est tenendū q̄ homini datus est duplex sensus.s. interior siue mentis. t exterior siue carnis. Datus est ei duplex motus.s.imperans in voluntate. t exequens in corpore. Datum est ei duplex bonum. vnum visibile. alterum inuisibile. Datum est ei duplex preceptū.s. nature t discipline. Preceptum nature. Crescite t multiplicamini. Preceptum discipline. De ligno scientie boni t mali ne cōmedas. Datum est ei quadruplex adiutoriū.s.scientie t conscientie: synderesis t gratie. Et sic potest colligi ex predictis q̄ creatura mundi est quasi quidaz liber in quo relucet: representatur t legitur trinitas fabricatrix sm triplicem modum expressionis.s. per modum vestigij: per modū imaginis:t per modum similitudinis. Ita q̄ ratio vestigij inuenitur in creaturis omnibꝰ. ratio imaginis in solis intellectualibꝰ siue rationalibus. ratio similitudinis in solis deiformibus. Omnis enim creatura deum habēs vt principium configurat ei per vnitatē: veritatem t bonitatē. t hoc est vestigium hñs deū vt obiectū. ipsum capit per memoriā: intelligentiam: t voluntatē. hec est imago habens deū vt donū infusum. configurat ei p fidem spem t charitatem. siue p visionē: tentionem t perfectā dilectionem. in hoc est similitudo. Et quia imago ē expssa similitudo: t hec in creatura rationali sm gradum triplicez inuenit. ampliato nomine potest distingui triplex imago in creatura rationali qua repsentatur expresse trinitas fabricatrix. Est enim imago creatiōis que consistit in tribus potentijs t in vnitate substantie. ita q̄ memoria representat patrem. intelligentia filium. t voluntas spiritum sanctū. Substantia vo animecum sit vna: representat diuine essentie vnitatem. Est etiam imago recreationis. que consistit in tribus virtutibus theologicis:t vnitate gratie gratum facientis. ita q̄ fides repsentat filiam: spes patrem. t charitas spūsanctum. Unitas vero gratie gratum facientis representat essentie vnitatē. Est t imago glorificatōis. que consistit in tribus dotibus gloriosis t vnitate glorie. ita q̄ aperta visio representat filium. secura tentio representat patrem. perfecta dilectio spiritumsanctū. Unitas vero glorie representat vnitatē essentie. Prima imago est animaz a deo exeuntium per creationē. secūda est ad deū redeuntium per iustificationē. tertia est ad deū pueniētiū per glorificationem. Prima dī proprie imago nature:t est angelorum omniū. t omniuz rationabiliū animarum. Secunda dī similitudo gratie. t est angelorum conuersorum t animarum iustarum. non autem demonum nec hominum peccatorum. Tertia dī deiformitas glorie:t est angelorum sanctorū t beatarum animarum. Hec autem tria operatur tribus vicibus per singulos hominum beatorum benignitas saluatoris.

¶ De vnione naturarum in christo.

Sectio xxvij.

Ostq̄z vidimus de bono increato
p quod est deus. t de bono creato qō est mundus. videndū est aliquid de bono ex vtroq̄z coniugato. quod est christus. De quo breuiter tria sunt videnda. s. naturarum sociatio. gratiarum exuberatio: t penarum toleratio. Quantum ad naturaz vnionem in christo tenere debemus: q̄ in fine seculorum quādo venit plenitudo tpis post legem nature t scripture: post patriarchas t prophetas: quibus t per quos fuit incarnatio repromissa. dignatus est filius dei in carnari propter homines redimendos:t ūcangelo nunciāte virgini marie incarnationis mysterium pficiendū in ipsa. virgo credidit

apetijt ⁊ consensit:⁊ descendit spūssanctus. super eā ad sanctificandū ⁊ fecundandum.cuius virtute virgo concepit dei filiū.qué virgo peperit:⁊ post partū virgo permansit.

Concepit non solū carnē:verūetiā carnem animatā ⁊ vbo vnitā:⁊ nulli peccato obnoxiam.sed omnino sctām ⁊ immaculatā.rōne cuius dicit mater dei:⁊ virgo maria. Hanc autem incarnationem fuit tota trinitas operata. Per quā quidem incarnationem facta est assumptō carnis a diuinitate:⁊ vnio diuinitatis cum carne viuifica spiritu rationali ꝑm potentiā vegetandi:sentiendi:⁊ intelligēdi. In hac aūt incarnatione nō est facta vnio in vnitate nature:sed persone.nō humane ꝛ diuine.nō assumpte sed assumentis.nō persone cuiuslibet:sed pſone ſolius verbi. Necvero vnio tanta fuit vt faceret deum hominez ⁊ hominē deū. Ita ꝙ quicquid dicit de filio dei per naturā:dicit de filio hois per gr̄am. ⁊ econtra:exceptis his in quibus exp̄mitur vnio ⁊ includit negatio. Non enim pōt dici ꝙ humana natura diuinā naturā assumpserit vel sibi vnierit. sed ꝙ assumpta fuerit et vnita. Similiter nō potest dici ꝙ filius dei ceperit esse. Hoc enim negatur de assumēte sed vere dicitur de assumpto.

¶ De perfectione gratiarū in dñō.

Sectio xxviij.

Equitur videre de perfectione gratiaz que fuerūt in dño iesu dñō. de quibus tenendū est.ꝙ in dñō a sui conceptione fuit plenitudo oīs gratie.⁊ quantū ad gr̄am singularis pſone:⁊ quantū ad gratiā capitis.⁊ quantū ad gr̄am vniōis. ita ꝙ per gr̄am singularis persone habuit omnis peccati īmunitatē.⁊ quantū ad actū: ⁊ quantū ad posse.qz nec peccauit:nec peccare potuit. Quantum ad gr̄am vnionis dignus est non solum felicitate glorie:verūetiā adoratione latrie.que est cultus rcuerētie soli deo debitus. Per gr̄az vero capitis influit motū ⁊ sensum in vniuersoo qui ad eum accedunt per fidem rectam vel per fidei sacramenta.siue aduentū eius p̄cesserint siue fuerint subsecuti. Dñō enim conſiderato in se inquantū est singulare siue indiuidūm:cōpetit gratia ipsum sanctificans ⁊ confirmāns. quā vocamus gratiam singularis persone. In comparatione ad verbū vnitū competit ei gratia vnionis.ratione cuius habuit superioē naturā ⁊ inferioē:diuinam ⁊ humanam:adorabilē ⁊ adorantē. In comparatōe vero ad corpus mysticū competit ei gratia capitis:hac ratione:qua sicut caput habet i se sensuum plenitudinē:⁊ ceteris mēbris est pſoume:ceteris mēbris p̄sidet.ceteris p̄stat beneficiū influentie:que ipsi capiti connectuntur. Sic dñūs habens in se gratie superhabundantiā nobis consimilis in natura.p̄ceteris sanctis ⁊ sanctus ⁊ iustus:ceteris qui ad ipsum accedūt p̄stat beneficium gratie ⁊ spiritus.per quē fit sensus ⁊ motus in spiritualibus.sensus inꝫ cognitōis ⁊ veritatis.motus dilectionis ⁊ charitatis.

¶ De plenitudine sapientie in dñō.

Sectio xxix.

Idimus de plenitudine gr̄e quam habuit dñūs in affectu. videam⁹ subsequenter de plenitudine sapientie quam habuit in intellectu. Et sic tenendum est ꝙ in verbo incarnato fuit omnis sapientie plenitudo:nō solū ad cognita.verūetiā quantū ad modos ⁊ differentias cognoscendi. Fuit nanqz in dñō cognitio sempiternalis ex parte diuinitatis.cognitio sensibilis ex parte sensualitatis ⁊ carnis.cognitio scientialis ex parte mētis ⁊ spūs. Et hec fuit triplex:quedam per naturā.quedam p gratiam.quedam p gloriā. Unde sapientiā habuit vt deus ⁊ hō:vt comprehēſor ⁊ viator: vt perfecte illuminatus per gr̄am:⁊ vt recte formatus per naturā. Et ita in vniuerſo fuerunt in dñō quinqz modi sciendi siue cognoscendi. Primus ꝑm diuinā naturā.⁊ ꝛ hoc cognouit omnia actualia ⁊ possibilia:finita ⁊ infinita.cognitione actuali ⁊ comprehensiua.Secundus per gloriam:⁊ hoc mō cognouit oīa actualia ⁊ finita cognitōe actuali.infinita vero cognitione habituali. Tertius per gratiam:⁊ hoc modo cognouit omnia spectantia ad humani generis redēptionem longe excellentius ⁊ melius q̄ aliquis prophetarum ⁊ angelorz. Quartus ꝛ natura integram.cuiusmodi fuit in adaz. ⁊ hoc modo cognouit que spectant ad mundanaz machinam cōſtruendā:excellentiꝰ ⁊ melius q̄ ipse adam. Quintus ꝑm sensibilē experientiam.⁊ hoc modo cognouit oīa que veniūt ad organa sensuū.ꝑm quē modū dī ꝙ didicit ex his que passus est obedientiam. Debuit quidem in dñō esse quintuplex iste modus. Nam res habent esse in eterna arte:in humana mēte.⁊ in ꝓpio genere. In arte cognouit res p̄ naturā diuinitatis:⁊ p gliaz cō prehēſiōis. In mente p̄ habitū naturalē siue innatū:sicut cognouerūt angeli.per habituz gratuitū ⁊ infusum:sicut cognouerunt sancti dei per spiritū sctū illuminati. In ꝓpio genere cognouit via sensus memorie ⁊ experientie.que in nobis facit rem icognitam cognosci.in dñō autem rem cognitam ꝑm vnuz modum fecit per modum alium esse notaz.

¶ De plenitudine meritū dñi.

Sectio xxx.

cipaliter ad expiendas potentias anime in agendo. Habemus autem expediri q̄z tū ad declinationem mali. ⁊ sic est donum timoris. Item quantū ad operationē boni. ⁊ hoc duplicit̄. Nam aut est bonum necessitatis ad quod expedimur per donum pietatis. cuius regimen directiū est donum sciētie. Aut est bonum supererogatōis. ad quod expedimur per donū fortitudinis. cuius regimen est donum consilij. ¶ Ad maiorem horū donorum euidentiam attendenda est cōsistentia actuum singulorum. Nota ergo primo q̄ sapientia cōmuniter accepta dicit cognitionem generalem rerum diuinarū ⁊ humanarū ꝑm Augustinum ⁊ plūm: qui dicit q̄ sapiens est qui omnia nouit. Minus communiter dicit cognitionem rerum eternarū. i. Chorin. xij. Alij datur sermo sapientie. idest cognitio eternorum. Propriè dicit cognitionem qua colimur deus fide spe ⁊ charitate. Job. xv. Pietas ipsa est sapientia. Magis propriè nominat cognitionem dei experimentalē: ⁊ sic ē unus de septem donis spūssancti. cuius actus consistit in degustando suauitatem dei. Aut qui dem actus partim est cognitiuꝰ. partim affectiuus. ita q̄ in cognitione incohat: ⁊ in affectione consummat. Item habemꝰ gelcere in optimo per intelligentiā virtutis: ⁊ sic est donum intellectus. ⁊ per affectionem bonitatis. ⁊ sic est donum sapientie. ¶ Scientia etiam dicitur tribus modis. Quedā enī est scientia consistēs in intellectu pure speculatiuo: fundata super principia ratiōis. vt est scientia acquisita siue humana philosophia. Quedam est consistens in intellectu inclinato ab affectus fundata super principia iuris naturalis: ordinans ad rectam ⁊ honestaz vitam: vt est scientia prudentie virtutis. Quedam est consistens in intellectu inclinato a fide. ⁊ inclinante ad operationem bonā. fundata super principia fidei: habens ortum a donis spiritualis gratie: vt est donum scientie. cuius actus precipuꝰ est dirigere in agendis ꝑm exigentiam regule fidei ⁊ imitationē christi. ¶ De dono intellectus tene q̄ eius actus consistit in contemplatione non solum creatricis essentie. veritatum in contemplatione spiritualis creature. Habet quidem cognitio de deo sub ratione veri tripliciter. s. p simplicem assensum. ⁊ sic est fides sacie assentire. per rationis adminiculū: ⁊ sic est intellectus donum: cuiꝰ est credita per rationē intelligere. per simplicē contuitu: ⁊ sic ē mūdicia cordis: cuius est videre deum. Etenim ad intelligendum credita nō adiuuat homo per rationes sumptas a conditōibus. ¶ De dono consilij tene: q̄ consiliū aliqñ dicit actum consiliandi. aliqñ dicit illud ad qđ terminat ille actus. aliquādo dicit habitū qui expedit ⁊ dirigit animā ad eligendum prosequenda: ⁊ vitandū fugienda. Habitus autem dirigēs si sit respectu eligibilium que sunt necessitatis est prudentie: que dirigit ad talia licet minus excellenter q̄z scientia que est donum. Si autem eligibilia sint arduitatis ⁊ difficultatis: est donum consilij. Potest quippe hō dirigi in electione. vel ꝑm regulam iuris naturalis: ⁊ sic est prudentia. vel ꝑm regulā iuris diuini: ⁊ sic est donum consilij. cuiꝰ est dirigere in electionem prosequendoz ⁊ fugaz vitandoz. ¶ De dono fortitudinis est tenēdum q̄ eius actus consistit in sustinētia passionum: ⁊ aggressione arduoz. Aggredi autem arduas siue ꝓpeti passiones potest homo dupliciter. vel propter iusticie ⁊ honestatis conseruationem. ⁊ sic respicit virtutē fortitudinis. vel propter christi perfectam imitationem. ⁊ sic respicit donum fortitudinis. Primum est de dictamine iuris naturalis. Secūdum de dictamine iuris diuini. Actus ergo doni fortitudinis attendit penes promptam ⁊ expeditam tolerātiam passionū. ¶ De dono pietatis tene q̄ pietas attenditur erga deum: ⁊ est idem qđ latria. erga parentes: ⁊ est pars iusticie ꝑm regulam iuris naturalis: ⁊ ꝑm obligationem necessitatis. Attenditur etiam erga proximum dei imagine insignitū: ⁊ sic est spūssancti donum. Sed nota q̄ misericordie virtꝰ attendit in primo formitatem in natura: ⁊ necessitatē in miseria: premio dictamine iuris naturalis ꝑm regulam prudentie. Pietas vero attendit in proximo diuinam imaginē premio dictamine iuris diuini ꝑm regulam doni scientie. Ex dono ergo pietatis est homo benivolus cuilibet creature dei imagine insignite. Talis autem benivolentia pro loco ⁊ tempore exit aliquando in compassionis affectum: aliquando in operis beneficium. Actus ergo pietatis precipuus est facere hominem benivolum respectu cuiuslibet proximi inquātum gerit imaginez creatoris. ¶ De dono timoris tene q̄ eius actus generalis est resilire ab arduo. Et potest diffiniri cōmuniter omnis timor: sic. Timor est resilitio ab aliquo arduo vel excellente: Si autem illud arduum est in genere boni: tunc est resilitio cum reuerentia. Si autez in genere mali tunc est resilitio cum fuga.

Bam ascensus dicit timorem esse expectatōē futuri mali. Augustinus diffiniens timorem dicit. Timor est fuga animi ne amittat id qđ habet. Timoris donum tria intuetur. s. penā vt eam fugiat: ⁊ sic est timor seruilis. Offensam vt eam caueat: ⁊ sic est timor initialis qui vnum habet oculum ad penam: ⁊ vnum ad offensam. Beatitatem summam: vt ei reuerenter subiaceat: ⁊ sic est timor filialis. cui duplex respectus est vnus in refugiendo offensam ne separetur a deo. Alius est principalis: in reuerendo deum: ⁊ iste pmanet i beatis. ¶ Distinguunt autem sex timoris differentie ꝑm q̄ a triplici principio habet ortum. Habet enim ortum a natura. ⁊ sic est timor naturalis. a libidine siue concupiscentia. ⁊ hoc vel ex nimio amore sui. ⁊ sic est timor humanus. vel ex nimio amore fuorum. ⁊ sic est timor mundanus. A gratia: ⁊ hoc vel a gratia gratis data. ⁊ sic ē timor seruilis. vel a gratia gratum faciente ꝑm incohata. ⁊ sic est timor initialis. aut a gratia perfecta: ⁊ sic est timor filialis. ⁊ iste dicitur amicabilis vl' anicalis: quia timet voluntatum dissensionem. Castus: quia timet sponsi complexus separationem. Filialis: q̄ timet patris indignationē Sanctus: q̄ timet in omnibus inquinationē. ¶ De spiritussancti donis nota differentiā generalem. Nam quoddam donum est a spiritussancto: ⁊ nunq̄z cum spiritussancto: sic est timor seruilis in quo viget voluntas peccandi si impunitas speraretur. Quoddam a spiritussancto: ⁊ nunq̄z sine spiritussancto: ⁊ sic ē donum charitatis: ⁊ gratie gratum facientis Quoddam est a spiritussancto: ⁊ potest esse cum spiritussancto. ⁊ sine spiritussancto: vt est donum scientie ⁊ donum prophetie. ⁊ cetere gratie gratis date.

¶ De beatitudinibus: ⁊ vita activa: cū operibus misericordie: ⁊ de vita contemplatiua cum oratione: ⁊ de duodecim fructib⁹ ⁊ q̄n q̄z sensibus. Sectio xlvi.

Eptem sunt beatitudines quas enumerat saluator: in sermone in monte. s. paupertas spiritus. mititas. luctus. esuries iusticie. affectꝰ misericordie. mūdicia cordis: ⁊ pax. Circa beatitudines habemus videre numerum: sufficientiam: vite duplicis excellentiam: vsus duplicis consequēdi. ¶ Sunt autem beatitudines numero septem. quarum ratio ⁊ sufficientia sic accipitur. Beatitudines sunt ad potentias anime perficiendas. Ad integrā aūt perfectionē tria precipua requiruntur. s. perfectus recessus a malo. perfectus profectꝰ in bono. ⁊ perfectꝰ status in optimo. Malum aūt procedit aut a tumore superbie: a quo elongamur ꝑ paupertatem spiritus: aut ex rancore malicie a quo elongamur per mititatez. aut ex languore cōcupiscētie. a quo elongamur per luctū. Perfectus aūt profectus vel ꝓcessus in bono est ꝑm imitationem diuinam. Vniuerse autem vie dñi sunt misericordia ⁊ veritas: que pro iusticia ponit. Deum iustū per esuriez iusticie imitamur. deo misericordi per affectum misericordie conformamur. Perfectus statꝰ in optimo est per limpidam cognitionē i veritate: ⁊ sic est mundicia cordis ad videndum

deum.t per tranquillā affectionē in bono:t sic est pax mentis ad fruendū deo. ¶ Habitus virtutum disponunt ad exercitium vite active. Habitus donoꝝ ad actum vite contemplative. Habitus beatitudinū ad perfectionem faciunt vtriusqz. De his duab⁹ vitis signatis per Lyā t Rachel. per Petrū t Johannē. per Marthā t Mariā dicit Beda. Activa panē corporalē esurienti vl panem doctrine ignoranti porrigit. errantes corrigit superbum ad humiliantem revocat. que singulis expediunt dispensat. Contemplativa charitatem dei t proximi retinet. sed ab exteriori operatione quiescit. soli conditoris desiderio inhęret. t calcatis omnibus curis ad videndum faciez creatoris inardescit. t desiderat misceri supernis civibus de eterna domini in contuitione gaudentibus. Est autem triplex proprietas in vtraqz:sm quas mutuo se excedunt. Prima proprietas active est diligentia utilitatis t necessitatis publice respectu rōnalis. Secunda est charitas erga proximum cū compassione respectu concupiscibilis. Tertia est secunditas bonorum operum in agendo cū perfectione patientie respectu irascibilis. In his contemplativa excedit activam. Ad activam pertinent opera misericordie. tam corporalia qꝫ t spiritualia. Corporalia sunt septem hoc ꝗ sticulo comprehensa. Unde versus. Visito: poto: cibo: redimo: tego: colligo: cōdo. Quorum sufficientia sic accipit. Homo est substantia animata. per hoc tangitur vegetabilis: que indiget restauratione calidi t sicci. et hoc per cibum. t frigidi t humidi. t hoc per potum. sensibilis t huic est necessarium duplex operimentū propter exteriora nociva. remotum: t hoc est hospitium: propinquus: t hoc est vestimentū. rationalis: t sic est substantia libera nata habere libertatem a carcere vel ab infirmitate. t sic est contra intrusionem in carcere vel in lecto visitatio. t a seruitute: t contra hanc est redemptio. mortalis: t sic incst ei mos: propter quā sive post quam indiget sepultura. Spiritualia quoqz sunt septem hoc versiculo comprehensa. Instruere: consule: castiga: solare: remitte: sere: ora. Quoꝝ sufficientia sic accipitur. Defect⁹ spiritualis in proximo si non potest releuari nisi per deum: tunc adhibenda est oratio. Si potest releuari per hominem: t est cognitiue: vt ignorantia cognoscendorū: tunc est instructio. Si est ignorantia agendorū: tunc est consilium. Si vero est affectiue: aut est culpa cōmissa in re: t sic est remissio. aut in alios: t sic est correctio. Si est pena: aut est releuandus verbo: t sic est consolatio. aut facto: t sic est supportatio. Ad contemplativam pertinet oratio. Unde de contemplativa videndum est quantum ad diffinitionem. gradum distinctionem: t contentam sub ea orationem. Contemplatio sic diffinitur. Contemplatio est verus certusqz intuitus de quacunqz re. A Richardo sic. Contemplatio est libera mentis perspicacia in sapientie spectacula cū admiratione suspensa. Uel sic. Contemplatio est perspicax t liber animi intuitus in res perspiciendas vsquequaqz diffusus. Bernardus ponit sex gradus contemplationis: qui sunt vacatio: intuitio: admiratio: dilectio: delectatio: inhęsio. Augustinus de quantitate anime ponit septem gradus sive actus. Primus dicitur animatio: secundus sensus. tertius ars. quartus virtus. quintus tranquillitas. sextus ingressio. septimus contemplatio. De oratione videndum est quantum ad diffinitionē in generali. t quantum ad assignationem petitionum orationis dominice in speciali. Oratio sic describit⁹ ab Augustino. Oratio est pius mentis affect⁹: in deū directus. A Johanne damasceno sic. Oratio est ascensus intellectus in deū. Idem

Oratio est expressio desiderij directi in deum propter bonū adipiscendum vel malum removendū: formata per verbum interius t exterius. Et magistraliter sic. Oratio est ostensio voluntatis nostre ei a quo impetrare speramus id qđ desideramus. Gregorius. Veraciter orare est in compunctione amaros gemitus t non composita verba resonare. Jam descendendum est ad orationem quā dominus composuit. in qua sub septenario petitionum comprehendit vniuersitas petendorū t quantum ad ea que spectant ad premium patrie: t quantum ad ea que spectant ad meritum vie. Que spectant ad premium patrie sunt intelligentia veritatis sive aperta visio veri. que petit ibi. sanctificetur nomen tuum idest noticia tui nobis personis sanctis t mundis donet. Reuerentia maiestatis sive secunda tertio summi ardui que reges facit t per quam habetur regnum: que petit ibi. adueniat regnum tuū. Concordia voluntatis sive perfecta fruitio summi boni: que petitur ibi. fiat voluntas tua sicut in celo t in terra. Que spectant ad meritū sive transitum vie: aut respiciunt collationem boni: aut amotionem mali. Collatio boni petit in pane quotidiano sive substantiali: in quo petit quicquid necessarium est ad conseruationem vite pfitis: taz sm spiritum qꝫ sm corpus. Amotio mali petitur in tribus sequentib⁹. Est autem malum triplex. Quoddam tenet rationē preteriti. qđdam presentis: t quoddam futuri. Sive qđdam est malum culpe sive transgressiōis. qđdam est malum pugne sive tentationis. qđdam est malum pene sive tribulationis. Primum petit amoueri in dimissione debitorū. secundū in victoria tentationum. tertium in liberatione ab oppressione aduersorū. Perfectionem beatitudinū prosequit duplex vitus qz quinqz sensuū spiritualium: t duodecim fructus spiritus. Sensus spirituales sunt visus: auditus: gustus: odoratus: t tactus. Visu videtur sponsi christi summa pulcritudo sub ratione splendoris. Auditu auditur christi summa armonia sub ratione verbi. Gustu gustatur christi summa dulcedo sub ratione sapientie comprehendentis verbū t splendorem. Odoratu odoratur christi summa fragrantia sub ratione verbi inspirati in corde. Tactu astringitur t palpatur christi summa suauitas sub ratione verbi incarnati inter homines habitantis. Fructus vero spiritus sunt charitas: gaudiū: pax: patientia. longanimitas: bonitas: benignitas: fides: mansuetudo: modestia: continentia: castitas. Non sunt autem sensus neqz fructus per se habitus: sed fructus dicūt affectuales delectationes circa bonitatem sponsi degustandā. Sensus autem dicūt intellectuales perceptiones circa veritatem sponsi contemplandā. Que contēplatio fuit in prophetis per reuelationē quantū ad triplicem visionem. s. corporalē: imaginariaz sive spiritualem. t intellectualē. In alijs vero iustis reperitur per speculationem. q̄ incipit a sensu t peruenit ad imaginationem. de imaginatione ad rationem. de ratione ad intellectum. de intellectu ad intelligentiam. de intelligentia ad sapientiam sive noticiam excessiuam. t sic assistit vero salomoni.

¶ De sacramentis in generali.

Sectio xlvij.

Am videndum est de tertio bñficio iesu christi qđ est sacramentalis medicina. De sacramentis ergo p̄nio videamus in generali. postea de singulis in speciali. In generali habemus videre de sacramentorū institutione: diffinitione: ordinatione: iteratōe: sufficientia: t pcellētia. ¶ Institutio sacramentorum deum decuit t nobis expediens fuit. Decuit quidem diuina misericordia nobis p̄uidere remedia: non solū que faciunt ad remissionem culpe: sed etiam pene. Decuit diuina iusticiam que a nobis exigit aliquā humiliationē quam exhibem⁹ per signorū sensibiliū obseruationes. Decuit diuinam sapientiā: que in sensibilibus docere uit remedia inuenire. et quibus cōtingit naturam hominis interire. Nobis expediens

sunt. Quoniam enī eramus ceci quo ad rationalē: ideo data sunt sacramenta sensibilia ad eruditionē. quoniā eramus elati quo ad irascibilem ideo data sunt sacramenta corpalia ad humiliationem. quoniā eramus ꝓni ad malum quo ad concupiscibilē: ideo data sunt sacramenta plura ad exercitationem.

Sacramentum sic diffinit in sententijs. Sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. cuius similitudinem gerit ⁊ causa existit. Hugo de sancto victo. sic diffinit. Sacramentum est materiale elementum subiectum oculis: similitudine repꝛesentans: institutione significans: significatione gratiam cōferens.

¶ Ordinant autem sacramenta sic. Baptismus: confirmatio: eucharistia: penitentia: extrema vnctio: ordo: ⁊ matrimonium. Quinq; prima respiciunt personā. Ordo ⁊ matrimoniū ecclesiā. Ordo patet sic. Naꝫ baptismus est ad vulnerum curationem. Cōfirmatio ad curationis habite conseruationē. Eucharistia ad habite ⁊ conseruate ꝓmotionē. Penitentia ad curatōis perdite repationez. Extrema vnctio ad venialiū expiationē quo ad culpā ⁊ pene debite ꝑtem remittēdam. Ordo est respectu personaꝝ generātiū spiritaliter. Matrimoniū est generantiū corpaliter. Et vtraq; generatio est ecclesie necessaria ne deficiat in gra ⁊ natura. ¶ Quattuor autem sunt sacramēta que possunt ⁊terari vl potius frequentari. s. eucharistia: penitentia. extrema vnctio ⁊ matrimoniū. Baptismus aūt ⁊ cōfirmatio ⁊ ordo non iterantꝙ in eis tres characteres indelibiles imprimunt: quibus ꝑm diuersos status fidei hoies ab hominib⁹ distinguunt. Nā ꝑm statuꝫ fidei: genite est character baptismalis ꝑm qꝫ fideles ab infidelib⁹ distinguunt. Scōm statū fidei roborate est character cōfirmatōis distinctiuus fortiū ab infirmis. Scōm statū fidei iam multiplicate est character ordinis: quo clerici a laicis distinguunt. ¶ Sufficientia sacramentoꝝ sic accipit. Sacramenta sunt medicamenta ꝑ morbū. Ordo⁹ aūt est duplex. s. morbus culpe ⁊ morbus pene. Ordo⁹ culpe est duplex. s. originalis culpe. contra quaꝫ est baptismus. ⁊ actualis culpe: que etiaꝫ geminat. Nam quedaꝫ est culpa actualis mortalis: contra quam est penitētia. quedā actualis venialis: contra quam est extrema vnctio. Morbus pene est quadruplex. s. ignorantie contra quam est ordo. malicia: contra quam est eucharistia. infirmitas: contra quaꝫ est cōfirmatio: concupiscentia: contra quaꝫ est matrimonium. Sacramenta sunt etiam adiumenta. quia sunt in adiutorium septem virtutum. In adiutorium fidei est baptismus. In adiutorium spei est extrema vnctio. In adiutorium charitatis eucharistia. In auxiliū prudentie ordo. In auxilium temperantie matrimonium. In auxilium fortitudinis confirmatio. In auxilium iusticie penitentia. Sūt quoq; sacramenta armamenta ecclesie militantis: que Cancti. iij. dicitur terribilis vt castrorum acies ordinata. Est quidem terribilis: q; fortis ⁊ munita per sacramentum confirmationis. acies q; coniuncta ⁊ vnita per sacramentum eucharistie. ordinata per ordinem. Ex hac acie quidam subtrahuntur per mortem. ad hos restaurandos est matrimonium. quidā ꝓsternunt per culpaꝫ. ad hos releuandos est penitentia. Hanc acié quidaꝫ ingrediunt vt prelient: ⁊ hoc per baptismū. quidā egrediunt vt coronentur: ⁊ hoc per extremam vnctionē. ¶ Dicit aūté vnuꝫ sacramentū aliud ꝓcellere quinq; modis. s. ꝓpter significationem. sic matrimoniū ꝓcellit: quia significat vnionē naturarum in christo. ꝓpter continentiā: ⁊ sic excedit eucharistia. ꝓpter efficaciam: ⁊ sic excedit baptismo. ꝓpter dignitatē dispensatiuam: ⁊ sic confirmatio: que a solio pontificib⁹ dispensatur. ꝓpter maiorē: dignioꝛem ⁊ nobiliorē gradum in quo ponit. ⁊ sic dicit ordo maior. Unde versus. Maior in effectu baptismo: corpus in esse. Coniugiuꝫ signo. maioꝛ chrisma ministro. Nobiliore gradu ꝓcellere dicitur ordo.

¶ De baptismo. Sectio xlviij.

Nunc de sacramentis singulis est videndum. Et primo de baptismo q̄ꝫ tum ad diffinitionem. significationē forme expressionem: effectus collationez: nominis distinctionem. ⁊ operis completionē.

¶ Baptismus ꝑm qꝫ est nomen elementi significantis ⁊ sanctificantis virtute verbi: diffinit ab Hugone sic. Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata. Scōm verꝛo qō est actus vel vsus elementi: diffinitur a magistro in sententijs. Baptismus est intinctio corporis exterioꝛ facta sub forma verborum prescripta. Secundum autem qꝫ accipitur pro sacramento ⁊ re sacramenti: que est character: diffinitur a Damasceno. Baptismus est vite spiritualis principium. sigillum ⁊ custodia ⁊ illuminatio mentis. Et tangitur hic quadruplex conditio characteris quia enim ꝓparat ad gratiam dei: dicit vite spiritualis principiū. quia distinguit gregē domini: dicit sigillum. ⁊ quia indeliliter ꝓseuerat: dicitur custodia. qꝫ spiritualiter disponit ad fidem: dicit illuminatio mētis. Secundū qꝫ accipitur pro sacramento diffinit a Dionysio. Baptismus est regenerationis sacramentum: ꝑm qꝫ ꝓtinus subsistit in anima: animales spūaliter formans motus: ad operationem diuinoꝝ eloquioꝝ ⁊ actionum: ⁊ celestis quietis anagogē iter faciens. In hac diffinitione tangitur res sacramenti que est gratia vinificans animam cum dicit ꝑm qꝫ ꝓtinus subsistit in anima. Tangitur habilitatio potentiarum per virtutem: primo quantum ad actiuā: cum dicit. formās aīales motus. Secundo quo ad contemplatiuaꝫ cum dicit: ⁊ celestis quietis anagogem. ¶ Quātum ad significationem nota: qꝫ in baptismo sicut in ceterio sacramentio est aliquid qō est tātum sacramentum: siue signū significans: vt elementum visibile: aliquid est res tātū significata: vt gratia curans. Aliud quod est sacramentum ⁊ res signata: vt character.

¶ Forma quādo puer immergit exprimenda est hec. Ego baptizo te in nomine ꝑris ⁊ filij ⁊ spiritussancti amen. Hec forma debet exprimi sine omissione vocali. sine intermissione vocabuli. sine prepostꝛatione ordinis supꝛadicti. ⁊ sine cōmutatione nominis prenominati. ¶ Effectꝰ autem qui recipit in baptismo ab homine humiliter accedente: est characteris impꝛessio: gratie infusio ⁊ innocentie restitutio. celi apertio. Gratio inꝫ infundit regenerans: rectificans: ⁊ purificans ab omni culpa oꝛiginali ⁊ actuali: tam mortali atq; veniali. absoluēs nihilominus a pena eternali: ⁊ ab omni pena satisfactoꝛia tpali.

Distinguit aūt triplex baptismꝰ. s. flaminis: fluminis ⁊ sanguis. In baptismo flaminis qui est per penitentiā ⁊ spiritussancti gratiā purificamur a culpa in baptismo fluminis purificamur a culpa: ⁊ a satisfactoꝛia pena. In baptismo sanguinis purificamur ab omni miseria. Non sunt autem baptismus flaminis ⁊ sanguinis sacramenta. cum in eis deficiant que conueniunt sacramento. s. repꝛesentatio ex similitudine. significatio ex institutione: ⁊ sanctificatio ex verbi ꝓlatōe. ¶ Quātum ad integritatem sacramenti sufficiūt verbum ⁊ elementum. Quantum ad solemnitatem ꝓmittuntur tanꝫ ꝓparatoꝛia catheciſmus ⁊ exoꝛcismus in paruulis ⁊ adultis. ita tamen qꝫ in adultis requiritur fides ꝓpꝛia: in paruulis sufficit aliena. Quantuꝫ ad vtilitatem requiritur baptizantis recta intentio. ⁊ quantum ad vtilitatem baptizati fictionis depositio.

¶ De confirmatione. Sectio xlix.

Equif videre de cōfirmatōe quantum ad formā. quantū ad materiā. quantū ad dispensationem. quantū ad gratie collationem: ⁊ quantum ad significationem. ¶ Forma in confirmatōe seruanda est hec. Signo te signo crucis: ⁊ confirmo te crismate salutis. ¶ In noie patris et filij ⁊ spiritussancti amen. In hac forma exꝑmitur duplex actus. quia in hoc sacramento datur gratia ad robur fidei: quantum ad

confirmationem in corde.⁊ quantum ad libe
ram confessionem in ore. Unus actus respi
cit liberā crucifixi confessionem quasi semp
er endā in fronte.alter respicit firmā stabili
tatem in corde. ¶ Materia in hoc sacramē
to est dr̄isma confectum ex oleo olivarum ⁊
balsamo. Oleum propter nitorem significat
fidem interiorem ex bona conscientia. balsa
mum propter odorem significat dignā ⁊ lau
dabilem confessionē in euidentia. ⁊ hoc ꝺm
correspondentiā ad duplicem actum in for
ma expressum. ¶ Istud autem sacramentum
a solis episcopis dispensat: ꝙ si alij ꝓsumūt
nihil facium. Quia enī tam in ꝓfirmatiōe q̄m
in ordie datur gratie plenitudo :propter
hec duo sacramēta per eos solūmodo dispē
santur qui gerunt auctoritatis plenitudinem.
¶ Gratia que confertur in confirmatiōe est
gratia gratum faciens. Gratia autē gratū fa
ciens dr̄ dupliciter. aut gratum faciēs de nō
grato.⁊ talis est gratia baptismalis ⁊ penitē
tialis: aut est magis gratum faciens de iā gra
to. ⁊ talis gratia dat in confirmatione. q̄ gra
tiam prius receptam ampliat ⁊ confirmat.
¶ In isto sacramento aliud est quod est tm̄
signum: vt est forma audibilis ⁊ materia vi
sibilis. aliud est quod est tantum res: vt ē gra
tia corroborans ⁊ confirmās. aliud est quod
est res ⁊ signum. vt est character.

¶ De eucharistia. Sectio.l.

Equitur videre de eucharistia. ⁊ ꝫ
quantum ad integritatem: significa
tionem: representationem: manducationem: ⁊ operationem. ¶ De integritate ⁊ necessitate huius sacramenti sunt quattuor. s. ordo sacerdotalis. intentio consecrandi: materia debita: ⁊ forma verborū prescripta.
¶ Materia huius sacramenti est panis ō fru
mento: ⁊ vinum de vite. Ille enim cibus in
ter omnes cibos ⁊ inter omnes potus est cō
venientior: cōmunior: efficacior: ⁊ sanior. Jō
dr̄s se comparauit grano frumenti : ⁊ ligno
vitis. Et ideo in his duabus speciebus con
secrē ⁊ ꝓficiēdi ꝓstituit. ad imēdiū ꝙ corꝑ sīū
sub ꝫ sacramento contentū vt cibus nō est ā
bus qualiscūq; sed cibus conveniens. cibus
cōmunis: cibus efficax: cibꝰ sanus. Vino mi
scetur aqua: que significat populū. ⁊ per con
iunctionem sui cum vino significat membro
rum cū capite vnitatē. Per vinū autem si
gnificat vnio membrorū ad inuicem. Forma
super panem est hec. Hoc est enim corꝑ me
um. Super vinū vero est hec. Hic est calix
sanguinis mei. Huius autem forme propo
tio est singularis. Est enī verbū operatiuum
non operatione successiua: sed instantanea: e
operatiuū nō alicuiꝰ rei noue: vel non exīste
tis: sed terminus eius est quod ens actu com
pletū ⁊ non mutatū. ⁊ ad id terminatū vt est
alterius signum: id est corꝑis dr̄isti mysti
ci: ⁊ hoc totū fit virtute verbi increati. adim
ci: ⁊ hoc totū fit virtute verbi increati. adim
ceto ministro circa materiam nihil agente.
Quia ꝫ hic sermo ē ꝓversiuꝰ ⁊ opatiuꝰ ope
ratur circa substantiā panis. ideo pronomen
demonstrat substantiā panis sub accidenti
bus que aspici possunt oculis: ⁊ tangi id qđ
cōuertit per subiectū sicut in id in quod con
uertitur per predicatum. Quia vero termi
nus operationis est ens actu non innouatū.
debet ibi poni verbum essendi : non fiendi.
Quia vero subito fit conversio. ita ꝙ simul
est fieri ⁊ factū esse. ideo presens verbū insta
tanetū non futurū ibi ponit: est. s. ⁊ non erit.
Quia ꝺo operatio terminat ad corꝑus ve
rum vt est signū corꝑis mystici. in quo est
diversitas operationū. dicit corꝑus ⁊ nō ca
ro. ꝙ corꝑus est eterogeniū ⁊ non homoge
nium. caro vero homogenia. Quia ꝺo hec
operatio fit virtute verbi increati adiuncta
⁊ vt coniuncta dr̄ meū non in persona sacer
dotis: sed dr̄isti verbi. s. incarnati. Q̄m autē
minister nihil operat circa materiam nec im
mutat. ideo nihil plus est de forma. Unde si
minister nec tangat nec frangat duumō con
secrare intendat ⁊ ꝺba dicat: confectum est.
¶ Quantū ad significationē tene ꝙ in hoc
sacrāmēto est aliud tm̄ signū: vt species visi
bilis panis ⁊ vini. Aliud tantū res. vt corꝑus

dr̄isti mysticum aliud res ⁊ signū: vt corꝑus
dr̄isti verū: quod est res signata per panem
ex diversis granis confectū. ⁊ sanguis ꝑ vi
num ex diversis racemis expressum. ⁊ est si
gnū corꝑis mystici. Quia enim corpus ꝓtes
habet eterogenias diversas operationes in ec
clesia significat. ¶ In hoc sacramento fit re
presentatio vnice passionis. Unde fiūt signa
tiones septē vicibus ꝓpter passionē dñi ex
primendā. Prima vice fiunt tres ꝓpter tri
nam dr̄isti traditionē. s. a deo: iuda: ⁊ iudeo.
In secunda vice fiunt quinq; propter q̄nq;
personas que in traditione fuerunt. que fue
runt ꝓsona tradit: ꝓsona tradentis iude. ꝓso
ne ementiū: que fuerūt tres. s. pontifices: cri
be ⁊ pharisei. In tertia vice due ꝓpter du
plicē ꝓversionē duplicis elementi. s. panis
⁊ vini. In quarta vice fiunt q̄nq; ꝓpter q̄n
q; plagas. In quinta vice fiunt due propter
vincula quibus fuit ligatū corꝑus. ⁊ propter
flagella quibus vsq; ad sanguinē fuit flagel
latū. In sexta vice fiunt tres ꝓpter crucifixi
onem factam linguis iudeorꝫ: q̄s ter clama
uerunt. Crucifige. In septima vice fiūt tres
cruces de corpore super calicē ꝓpter tres
cruciatus. s. ꝓpassionis. passiōis. ⁊ compassi
onis: ⁊ due altere ꝓpter aquam ⁊ sanguinē
qui de dr̄isti latere proflux̄erūt. ¶ Duo au
tem sunt modi manducandi illud sacramen
tum. s. sacramentalis ⁊ spūalis. quoꝝ distin
ctio oritur a triplici principio. Primo a di
spositione sumentiū. Quidam enim accedūt
male dispositi: ⁊ hi manducant sacramenta
liter. Quidam bene: ⁊ hi spūaliter ⁊ sacrāmē
taliter. Secundo a modo sumendi. Quidaꝫ
enim sumunt ore carnis: ⁊ hi sacramentali
ter. Quidam ore cordis: ⁊ hi spiritualiter.
Unde duplex ꝺo duplex manducatio. Ter
tio a duplici re huius sacramenti. Due quip
pe sunt essentie huius sacramenti. scilicet cor
pus dr̄isti verum. ⁊ gratia in corpore mysti
co: faciens vnionem. quaꝝ vna sine altera
sumi potest. ¶ Manducare autem sacramen
taliter est manducare sacramentum vt sacra
mentum. Ad quod quattuor requiruntur. ebi
existentia eius ad cibatum naturalis conue
nientia. vt sc̄z sumatur ab homine non a mu
re intentio: ⁊ illius intentionis regulatio per
fidem. Spūalis manducatio habet duo. scili
cet suo modo masticationem que ꝓsistit in
recogitatione cibi: sc̄z carnis dr̄isti pro nobis
exposite in preciū redemptōis: ⁊ cibum refe
ctionis. Habet etiā incorꝑatōem que consist
git ex tali recogitatōe. dū recogitans ardore
afficitur charitatis: ⁊ ei de quo recogitat iun
gitur: ⁊ sic incorꝑat: ⁊ dū incorꝑatur refici: ⁊
⁊ magis assimilatur. ¶ Spiritualis autem
operatio sine efficacia huius sacramenti est
vnire nō de nouo: sed iam vnitos per gr̄am
magis vnire. Digne enim accedentem red
dit seruentiorē: vt carbo ignitus: ⁊ fortiorem
vt bonus cibus. Et vt istam efficaciā habeat
in sumente. Primo oportet ipm̄ sumentem
cibum istū ab alijs discernere per fidē. Se
cundo hospitiū ꝑparet ꝑsui ꝓbatōem. Ter
tio in hospitiū paratū recipe cū honore ⁊ de
uotione. Et talis dicitur digne accedere.
¶ Nota de hostie fractōe ℔ sus. Hostia di
uiditur in partes: tincta beatos. Plene sicca
notat viuos: seruata sepultos. Fractio ē pas
sio. partes fracte tres iustorum differentie.
Quidā regnant in celo. hi per tinctā. Quidam securi expectant in sepulcris. hi per eā
que antiquus ꝺuabat. Quidā pugnāt i mūdo. hi ꝑ siccam ꝑtē hostie figurant.

¶ De penitētia. Sectio li.

Equit de penitentia videre q̄ ꝫ
ad diversam diffinitōem: diversam
noiatōem: integratōem: iustificatio
nem: ⁊ significatōem. ¶ Penia q̄ꝫ ad ac
tum principalē sic diffinit. Penia est prima
secundo pimēo veteri hoiem. Ambro. Penia
est dolor ⁊ amaritudo aie ꝑ peccatis q̄ q̄sq;
cōmisit. Aug⁹. Penia est quedā dolētio vin
dicta: semp punies i se quod dolet ꝓmisisse.
¶ Item diffinit quantū ad actum annexum
sic ab Ambro. Penitentia est ꝑterita mala
plāgere ⁊ plāgenda itez nō ꝓmittere. Bre-

go. Penitentia est ante acta mala deflere: ⁊ flenda nō cōmittere. ¶ Item sic. Penitētia est virtus vel gratia qua cōmissa mala cum emendatōis ꝓposito plangimus ⁊ odimus. ⁊ plangenda vlterius cōmittere nolumus. Differūt etiā quantū ad effectū Damas. sic. Penitentia est ab eo qō est ꝓter naturā in id qō est ꝑm naturā conuersio. ¶ Item sup Mat. iij. Pniam agite. Pnia est correctio male mētis Aug⁹ in libro. v. responsionuꝫ. Pnia est quedā res optima ⁊ pfecta: oēs ō sectus reuocans ad pfectū. ¶ Penitētia diuersis vocabulis nomiat ꝑm q diuersa cōtra peccati maculā operat. Expellit enīz peccati actualis maculā: que aiam deformat. potentiam ad malū inclinat siue debabilitat: naturam vulnerat: actu libere voluntatis comminuit: cum delectatōe ⁊ libidine ppetrat. ¶ Delere autē culpā vt deformantē: est gr̄e reformantis. vt debabilitantē est virtutis habilitantis. vt vulnerantē est sacramenti curātis. vt actu voluntatis cōmissam per actum similiter voluntatis. vt cū delectatione ⁊ libidine perpetratā cum passione contraria. Jō penitentia recte dicit gratia: virtus sacramētū: actus ⁊ passio. ¶ Partes penitentie integrantes siue integrales sunt: cordis ꝓtritio: oris cōfessio: ⁊ operis satisfactio. Cordis cōtritio est dolor volūtarie pro peccatis assumptus. Oris confessio debito modo facta debet habere. xvi. conditiones. his versib⁹ cōprehensās. Sit simplex: humilis: ꝓfessio pura fidelis. Sitqz frequens nuda discreta libens verecunda. Integra secreta lachrymabilis accelerata. Fortis ⁊ accusans: ⁊ sit parere parata. In quattuor casib⁹ ꝑm magistros est confessio iterāda. Duo sunt ex parte sacerdotis. quorum primus est ꝓpter enormitatem sceleris. ob quā est confitens ad superiorez remittendus: ab eo si voluerit iterum audiendus. Scōs est ꝓpter ignorantiam sacerdotis. qr tunc est querendus primus sciens soluere ⁊ ligare. cui sunt itez peccata detegēda. Duo vero sunt ex parte confitentis. Quoꝝ primus est ꝓpter malicia fictionis. vt si accessit cū voluntate peccandi. vel aliqō peccatum scienter in conscientia reseruauit. Secundus est propter contemptū satisfactionis. vt qñ satisfacere negligit ⁊ contemnit. In duobus vltimis casibus si vadit ad aliuꝫ sacerdotē vel eundē interiectu temporis iaꝫ oblitū: debet homo mala sua iterum cōfiteri. Et sic ex parte sacerdotis est duplex defectus. scilicet quia nō potest absoluere: vel qr nescit. Ex parte etiā confitentis est duplex defectus. scilicet quia contemnit sacerdotis absolutionem: aut ligatōem. Sunt alij duo casus de quibus est controuersia inter doctores. vnus est de peccati alicuius oblitione. alius de reciduatione. Sed potest dici q in his duobus casibus iterum oia peccata confiteri sit consilium nō ꝓceptū. Quinqz autem sunt casus in quibus est cōfitens ad episcopum mittēdus. vel super eo episcopus cōsulendus. Primus est de penitentia soleni q ab ipso debet imponi: ⁊ per eū penitens reconciliari. Secundus est de excōmunicatis: quos non potest sacerdos aliquando absoluere. Tertius est cum inuenerit sacerdotem in irregularitate contractā: ꝓpter quā debet ad episcopum mittere confitentē. qui si pōt eū absoluat: vel cū litterio suo ad papā mittat. Quartus est de incendiarijs. Quintus est si sit consuetudo in aliquo episcopatu q certa crimina ad epm̄ mittant: vt homicidiū ⁊ sacrilegium. ⁊ iste casus nō est generalis. Satisfacere vt dicit Augustinus: est peccatorum causas excludere: ⁊ eoꝝ suggestionibus aditum nō indulgere. Anselmus vero dicit. Satisfacere est debitū deo reddere. Partes autem satisfactionis treo cōmuniter assignātur. scilicet ieiunium: elemosyna: ⁊ oratio. Jeiunium est contra carnis concupiscentiam. Elemosyna contra cupiditatem oculorum. Oratio est contra superbiā vite. Jté ieiunium ordinat nos ad nosipos. Elemosyna ad ꝓximos. Oratio vero ad deum. Item per orationez recōciliamur deo. cui ꝑm Augustinū

per ieiuniū ⁊ elemosynā sacimus duas alas. ¶ Quattuor autem ad iustificationez impij requiruntur. duo ex parte dei. scz gratie infusio: ⁊ culpe expulsio. Et duo ex parte impij. scilicet motus liberi arbitrij consonans gratie aduenienti. ⁊ cordio contritio concordās gratie culpam expellenti. Hec autem quattuor ꝓcedit attritio. s. ad iustificationem ꝓparatio. que est motus fidei ⁊ doloris: cōiunctus lōgo tempore semplemus. Tanguntur autem hec quattuor supradicta in illo versu psal. Cōmouisti terram ⁊ conturbasti eam. sana contritiones eius quia ꝓmota est. Sīa quippe aduenies in aiam cōmouet ratioez ꝑm q est potestas vel potentia liberi arbitrij. et conturbat voluntatem per contritionem. et postmodum sanat per peccati expulsionem. ⁊ hoꝝ reddit duplex ratio. s. ꝓmotio rōnis. ⁊ conturbatio mentis que ꝓcessit. vñ subditur. qr cōmota est. Unde ꝓmotio dicit a con qō est simul. q: tunc omnes vires sup se pungunt ⁊ mouent ad bonum. ¶ In sacramento penitentie est aliqō qō est tm̄ signū: vt exterior pnia ꝑm institutionem ecclesie. in qua est sacerdotis absolutio tanqz formale. ⁊ contritentis humiliatio siue quantū ad actum cōtritionis: siue quantū ad verbū accusationis siue quantum ad penā sactiffactionis tanqz materiale. Aliud quod est tm̄ res. vt peccati remissio per secta. Aliud quod est res ⁊ signum. vt penitudo interior.

¶ De vnctōe extrema. Sectio lij.

Equitur de vnctōe extrema. Circa quam septē breuit sunt videnda. scz que materia. que forma: qo dispensator. qo susceptor: que efficacia. q ad confirmationē differentia. ⁊ que significationis cōuenientia. ¶ Materia huius sacramēti est oleū simplex sed ꝓsecratum ab epo. Forma vero est vocalis expressio oīum in ordinatiōe ꝓtentax. ¶ Huius sacramenti dispēsatio sacerdotibus cōpetit ex officio: ⁊ hoc cōfirmat auctoritas ⁊ ratio. Auctoritas. Jacobi vlti. Qui infirmātur inducat ꝓsbyteros. Ratio etiam hoc ꝓfirmat: qr cū materia huius sacramēti sit oleū ab epo ꝓsecratū: conscratio debet manibus contrectari. Et sic cuz sit medicina pcipitantiū: nō ad soloꝝ epoꝝ ptinet. Oleum autem ꝓsecratū, non ad aliquos laicos se extendit. ¶ Debent autē illud sacramentū suscipe soli infirmi: rōne vtentes. qui scilicet potuerūt peccare venialiter vel etiaz peccauerūt. ⁊ hoc in mortis articulo existentes. Et sic patet q nec infantibus nec naturaliter stultis debet extrema vnctio dispensari. nec intrantibus iustū bellū. q: sacramenta ecclesie non sequuntur fortunam: sed respiciūt naturam. nec etiā per sententiā condēnatis. q: tales quantūcunqz dānati in ecclesie facie sunt infames. Nec mediocriter infirmātib⁹. qr ad hoc possunt venialia iterare. ¶ Est autem hmōi sacramentū tā finaliter q̄z efficaciter contra venialia ordinatū. ⁊ quantū ad remissionē culpe: ⁊ quantū ad dimissionem partis pene. Valet etiā consequenter ad recupandā coꝝpis sanitatem: si expediat infirmanti. Et qr venialia efficaciter tunc curant quando sic delent. qr nō amplius iterantur. tunc debet adhiberi ista medicina qñ desperat de infirmantis vita. Si tñ ꝓtingat cum restitui sanitati: potest ⁊ debet ꝓpter venialia iterata medicina venialiū iterari. Et quia venialia peccata p organa sensuū maxime cōtrahunt: ideo ꝓtes tribus potētijs seruientes inungunt. Est enim triplex potentia ꝑm quā anima regit coꝝpus: ⁊ etiā ꝓtrahit iustū motū. s. sensitiua: generatiua: ⁊ progressiua. Sēsitiue deseruiūt os: oculi: nares: aures: ⁊ manus. generatiue lumbi. progressiue pedes.

Et ꝑm hoc est infirmus in septē coꝝpis pārtibus inungendus. s. in labijs: in oculis. i manibus: in auribus: in naribus: in lūbis. ⁊ i pedibus. ¶ Ex predictis colligitur q inter ꝫ sacramentum ⁊ sacramentū ꝓfirmatōis est differentia septiso: mis. s. in efficacia. in materia: in forma: in suscipiente: in dāte. in loco: ⁊ in tpe. Nota tñ q vnctio que fit in crismate dicit vnctio principalis quadruplici ratiōe

scilicet rõne loci: q̃ fit in fronte. rõne mistri: q̃ ab epo. rõne eleméti. q̃ de oleo mixto cũ balsamo. rõne effectus ꝓpter abundantiam grẽ. q̃ ibi dat̃ padytus in magna abũdãtia. Juncta ℞ nota q̃ chrismate iunguñ baptizati in vtice: ꝓfirmãdi in fronte. põtifices in capite. reges vt dicit in scapul'. ¶ In sacro extreme vnctõis ẽm exigẽtiã sacramentalis significatõis est aliq̃d qõ est nũ signũ: vt exterior vnctio. Aliud quod est uñ res: vt venialis morbi curatio. Aliud qõ est res ⁊ signum vt ipsa deuotõis excitatio in aia. que non est aliud nisi quedã spiritalis vnctio.

¶ De ordine. Sectio liij.

Equit̃ videre de sacro ordie q̃ntũ
ꝑ ad ꝓparatõem ꝓfectõis. q̃ntum
ad ordinis diffinitõem. quantuz ad
characteris impssionẽ. q̃ntum ad debitã dispensatõem. quantũ ad rectã susceptõez. q̃ntũ ad significatõem: ⁊ quantũ ad status ꝓfectõem. ¶ Qui sunt ad ordines ecclesiasticos assumẽdi: primo assignant signaculo diuino distinctiuo ⁊ instructiuo. Nã tondent in capite qõ est mẽbz ꝑ ceteris nobile. ⁊ q̃ tõsura tã superius q̃z inferius facta formã habet corone que est signũ dignitatis regie: immutq̃ qui taliter ab alijs distinguunt̃ ad officiuz nobile. s. ad regale sacerdotiũ assumuntur. Non tñ autem tale signũ est signũ distinctionis: sed etiam instructionis. In tali enim tõsura est superfluitatis amotio. in quo instruunt clericis: quid vitandũ: q̃ superfluitas terrenoz. Est etiã sumitatis capitis denudatio. in quo instruuntur quid amandum: q̃ felicitas superum. Est figure orbicularis impressio. in quo instruuntur quõ ꝑseruandum est. q̃ figura orbicularis est simplicissima: capacissima ⁊ pulcerrima: ad inuendum q̃ talit̃ coronati debent simplificari in intentõe. amplificari in dilectione: pulcrificari in castificatione. ¶ Ordo sic diffinitur. Ordo est signaculum in quo spiritalis ptãs tradit̃ ordinato. Cũ enim septẽ sint ordines. s. ordo ianitoz. exorcistaz: acholytoz: subdiaconorum. diaconoz ⁊ sacerdotũ. In ordine sacerdotali dat̃ potestas conficiẽdi corpus xpi verũ: ⁊ absoluendi corpus dñi mysticum. ⁊ hic ordo tanq̃z nobilissimus debet habere alios sibi ministrantes: respectu duplicis potestatis. In conficiẽdo corpus dñi vez sibi seruiunt subdiaconi ⁊ diaconi. Ita q̃ potestas ⁊ officium subdiaconi est in accipiẽdo hostiaz a plebe. Ptãs ⁊ officiũ diaconi est eadem a subdiacono susceptas sacerdoti offerre. In absoluendo aũt corpus dñi mysticum quattuor minores subseruiunt sacerdoti. Ita q̃ potestas ⁊ officiũ ianitoris est ad locũ sacrũ admittere. Lectoz est documentum prebere. Exorcistaz est auxiliũ prestare. Acholytoz est exemplũ mõstrare. Hoc officio septiformi dño vius fuit. Fuit namq̃ hostiarius q̃n facto flagello eiecit negociantes de templo. Fuit lector q̃n legit in synagoga assumpto libro. Lu. iiij. Fuit exorcista quando saliua sua tetigit linguam surdi ⁊ muti. Matth̃. vij. Ostendit se acholytũ quando Johã. viij. dicit. Ego sum lux mundi. Fuit subdiaconus quãdo lauit pedes discipulorum. ⁊ linteo se precinxit. Johã. xiij. Fuit diacon' q̃n post cenã corpus ⁊ sanguinẽ suum discipulis dispensauit. Fuit sacerdos dum seipm in ara crucis obtulit idem sacerdos ⁊ hostia. Et etiam quando in cena panem in corpus ⁊ vinũ in sanguinem ꝓmutauit. ¶ Character cum signaculũ impressum distinctiuũ ꝑ petuũ dxiſto ꝓfiguratiuũ imprimitur i quolibet ordine: nõ idem sed diuersus. ordine cõgruo: nõ necessario. cũ vnus possit recipi q̃z vnus indebite alio prętermisso: ita q̃ cũ puentum fuerit gradatim ad ordinem sacerdotis in quo est status: q̃z iste septem sint gradus. vnus est uñ ordinis sacramentũ. sicut vnã dicimus epl'am: q̃z iste habeat multas partes. In quolibet autem ordine character imprimitur in eo signo quo maiorẽ habet similitudinem ad signatum. ⁊ in quo principalis ptãs quam ordo respicit significatur tradi ordinato. ad quã significandũ duo concurrunt exterius. scz traditio alicuius instrumenti: ⁊ exꝑsio vocalis verbi: vt in signo visibili simul ⁊ audibili significetur dari. ⁊ hec duo sunt essentialia ⁊ intrinseca ordinis sacramento.

¶ Debet aũt dispensari hoc sacramentum cum magna discretõe ⁊ solẽnitate. ac ꝑ hoc non a quolibet. nec cuilibet: nec in quolibet loco. nec quolibet tempore. sed sub debitis signis: tam ex parte viri q̃z ex parte audit̃. vt dictũ est solẽnitate nihilominus obseruata quantũ ad ẽptus ⁊ locũ: officiũ ⁊ ꝑsonaz. ¶ Requiritur aũt multiplex conditio. vt digne ⁊ debite suscipiat̃ ordinis sacramentuz. scilicet ex parte origitis: vt nõ sit filius sacerdotis vel spurius: vel etiã soleniter penitẽs. Ex corporis parte: vt nõ sit corpe viciatus: demoniacus. epilenticus. Ex parte actionis: vt nõ sit homicida: vel aliter enormis peccator. Ex parte conditõis: vt nõ sit seruus. Ex parte conuersatõis: vt non sit curialis. Ex parte cõiugationis: vt non sit bigamus. Ex parte sex^e vt non sit mulier que nõ potest ordinari nec de iure nec de facto. Ex parte sensus: vt non sit infantulus: in quo nondum viget iudiciũ rõnis. ¶ In hoc sacramento est aliud quod est tantum signum: vt exterior operatio i traditione alicuius instrumenti. ⁊ exꝑssione v̄bi. Aliud quod est tantum res: vt spiritalis potestatis collatio. Aliud qõ est res ⁊ signũ. vt interior characteris impressio. Collige ex predictis q̃ septem sunt ordines ⁊ non plures. quattuor sunt minores qui dicuntur non sacri. quia post eorum susceptionem potest clericus cõiugari. Tres maiores. scilicet subdiaconatus: diaconatus: ⁊ presbyteratus. in quo est status ordinum. Hi dicũtur sacri: quia post eorum susceptionem non licet ordinato carnali operi deseruire: cum sint totaliter diuino cultui dedicati. Et sic patet q̃ psalmista tus non est ordo: sed officium annexum ordini. Nec episcopatus est ordo sed dignitatis nomen ⁊ officij. Colligas in vnum nominatam ordinum q̃z officiorum: ⁊ dignitatũ: vt deuenias ad vnum hierarchiam ecclesiasticę hierarchie. ⁊ sic procede. psalmista: hostiarius: lector: exorcista: acholytus: subdiaconus: diaconus: presbyter. archipresbyter: episcopus: archiepiscopus: patriarcha. pontifex summus.

¶ De matrimonio. Sectio liiij.

Equitur videre de sacramento mri
ꝑ monij quantũ ad diffinitionẽ. q̃ntuz
ad institutionem. quantũ ad cõtractionem. quantũ ad diuisionem. quantuz ad significationem. quantũ ad bonũ ꝓueniens. ⁊ quantũ ad impedimentũ ꝓhibens. ¶ Matrimoniũ diffinit̃ sic. Matrimoniũ est viri mulierisq̃ coniunctio maritalis inter legitimas personas: individuã vite consuetudinẽ retinens. Est aũt institutũ matrimoniũ a deo in officium. in remedium: ⁊ in sacramentum vel signũ. In officium inquã ꝓcreande prolis etiã in statu nature institute. In remediuz contra impulsum libidinis in statu nature lapse. In sacramentum siue signũ insolubilis coniunctionis naturarũ in dxiſto. diuine scz ⁊ humane. ¶ Circa ꝓtractionem matrimonij nota q̃ per sponsalia de futuro initiatur. ꝑ mutuũ consensum inter legitimas ꝑsonas per verba de ꝓsẽnti exꝑssum ratificatur. ꝑ carnalem copulã subsequentẽ cõsummatur. Circa sponsalia nota q̃ ante septẽniũ ꝓtracta de iure non valent. post septenniũ vero tenent. Et hec quattuor modis contrahunt̃. scz simplici ꝓmissione. fidei datõne. siue iuramenti interpositione. datis arris sponsalicio ⁊ amuli subarratione. Sic aũt contracta octo modis soluuntur. Primus est voto solẽni superueniente. vt si alter sponsoz intret religionem. Secũs est superueniẽte matrimonio. vt si cũ alia ꝓtrahat de ꝓsenti. Tertius est supueniẽte affinitate. vt si cognoscat aliam sanguineã sponse sue. ⁊ hoc possit fama vel facto ꝓbari. Quartus est incurrabili infirmitate supueniẽte. puta lepre: vel mutilatõne alicuius membri. Quintus est altero se absentante. vt cũ vadit in regionẽ longinquã sine licentia alterius. Sextus est altero fornicãte.

Septimus est vtroq; volente.scilicet cū ambo consentiūt:r mutuo se absoluūt. O ctauꝰ est minore petente. vt qñ contracta sunt sponsalia inter duos.quoꝝ vnus est in etate debita.alter non. Duobus primis modis soluūt sponsalia ipso facto. Consequentibus vero p iudiciū ecclesie. Duplex est aūt effectꝰ spōsalium contractoꝝ. Unus est obligatio ppter pmissionē. vñ tales cōpellendi sunt ad mīmoniū contrahendū nisi timeat vxoricidiū. vel interueniat aliq casuū predictoꝝ. Alius effectus est publice honestatis iusticia.que ē q; nullus consanguineoꝝ sponsi potest ꝯtrahere cū sponsa. vel econuerso. ¶ Coniūcti matrimonialiter p ecclesiā tripliciť sepātur. aut simpliciter quantū ad vinculū.cū ostenditur ppter impedimentū legitimū nō fuisse cōiugium inter eos.aut sepant ad tempus ad penitentiā faciendā. vt qñ vna interdictū ecclesie ptraxerūt.aut sepant simpliciter quantuz ad ipsos in penā: ppter aliqđ crimē ꝯ subsistentiā matrimonij ppetratū. vt qñ alter coniugum fornicat:tūc si petat innocens cum probatione adulterij:absoluit p ecclesiam a mutua cohabitatione vxoris r debiti reddit̄one. Sunt aūt septem casus in quibus pōt adultera excipere contra petentē diuortiū. Primus est si fornicari ꝓuincit. Scōs est si eam pstituat. Tertius cū credebat virū in bello esse defunctū r nupsit alteri. Quartus si cognita est ab altero luēter quē credebat esse virū suū. Quintus est si fuit vi oppssa. Sextus est qñ post adulteriū recōciliauit eam sibi:r petit debitū. Septimus est rarior casus. vt si infidelis repudiauit vxorē:r illa nubet alteri.si veniat ad fidem debet eam recipere non obstāte q; fuit fornicata. ¶ In matrimonio ratificato est aliqđ qđ est nīi signū. vt consensus exterior p verba.aut nutus expressus. Aliud qđ est nīi res. vt vnio dei et anime.per gratiā.que nī est sepabilis p peccatum mortalis transgressionē.sicut illud matrimoniū est sepabile p ingressum in religionem. Aliud qđ est res r signum. vt consensus interior animoꝝ. In matrimonio ꝯsummato est nīi signū consensus exterior.nīi res vnio naturarum inseparabilis in christo.res r signum ꝯsensus mutuus animoꝝ. ¶ Tria sunt bona ꝓnugij.s.bonū fidei.bonū pls. bonum sacramenti. Fides est q; suam cognoscat r nō aliā:r hoc est bonū moris cadens in genere honesti. Bonū pls cadit in genere ꝓferentis. ꝓfert enim ples ad speciei ꝓseruatōem:r ad numeri pfectōem. Bonū sacramenti cadit in genere delectabilis. Tanta est enim ibi vnio:vt ppter vxorē relinquat hō patrem r matrē. Et sic patet q; tria sunt in electione sm pbm.s.honestū:conferēs r delectabile. In hoc triplici genere sunt bona coniugij distributa. r sunt hec bona numero tria.q; ad hoc q; matrimoniū sit completum tria potissime requiruntur.s.institutio:vsus r fructꝰ. Ratione institutionis est bonū sacraméti.ratione vsus debiti est bonū fidei. rōne fructꝰ ꝓferentis est bonū prolis.

¶ De impedimētis matrimonij i generali.

Sectio lv.

Idē. Maxime ꝓpterea rps aduenit:vt cognosceret hō quantū deus diligat eū:⁊ ió cognosceret.vt eius dilectōe a quo prior dilectus est inardesceret. Idē de ꝓfectōe iustitie. Perfecta charitas sozas mittit timorē:et facit ꝓcepti sarcinā leuē:nō solū nō ꝓmētem onere pondez:verūetiā subleuanté vice pēnaz. Idē de vidui. Nullo mō sunt onerosi labores amantiū.sed etiā ipsi delectāt:sicut venantiū:aucupantiū ⁊ piscantiū. Idem. In eo qō amat:aut nō laborat:aut etiam labor amat. Idē de trini. Qui amat hoiem aut qz iusti sunt:aut vt iusti sint amare dz.sic enim seipz amare dz:aut qz iustus est:aut vt iustus sit.sic enim diligis ꝓximū tanqz teipz sine vllo piculo. Idē. Nemo aliquid volens facit qō non in corde suo ꝓius dixerit. Nō verbū amore ꝓcipit siue creature siue creatoris. Idē de moribus ecclesie. Nihil est tā durꝫ atqz ferreū:qō nō amoris igne vincatur.quo cū se aia raput in deū sup omnem carnis naturā libera ⁊ admīrāda volitabit pennis pulcherrimis ⁊ integerrimis:quibꝰ ad dei amplexū amor castus inuitat. Idē. Solus se nouit diligere qui deū diligit. Jō Qui diligit ꝓximū agit quantū pōt vt salus corꝓe saltuſqz aio sit. sed cura corporis ad salutē animi referenda est. Idem de spū ⁊ ira. Scire aliqd ⁊ credi:⁊ tñ non diligi pōt diligi aūt qō neqz scit:neqz credit nō potest

Idē de ci.dei. Perfectū odiū debet malis qui ſm deū viuit.sic vt nec ꝓpter vicium oderit hoiem:nec amet vicium propter hominē.sed oderit vicium:amet hoiez. Idem Mihi videt qp diffinitio bruis ⁊ vera virtutis est ordo amoris. Idē de ꝓiug. adul. Multa sunt facienda nō iubente lege:ſz libera volūtate:⁊ ea sunt in nris officijs gratiora:que cū liceret nobis etiā nō impenderet causa nī dilectōis impendimus. Idem de solit. Impatiēs amor nec lachrymis modus fit nisi amori def qō amat. Idem in libro de dono perseue. Nihil sic ꝓbat amicū quē admodū oneris portatio. Idem super .i. cano. Job. Talis est quisqz q̄lis eius dilectō est terrā diligis:terra eris:deū diligis:quid dicam:deus eris. Ps. Ego dixi dij estis.

Idē.Charitas vt ꝓficiatur nascit:cū fuerit nata nutrit:cū fuerit nutrita roborat.cuz fuerit roborata ꝓficitur.cū ad ꝓfectum venerit:quid dicit.mihi vivere christus est:⁊ mori lucrū. Idē. Dilige⁊ qō vis fac.siue taceas:dilectōe tace.siue clames:dilectione clama.siue emendes:dilectōe emenda.siue parcas:dilectione parce. Idē in epla. Diligentia charitatis freneticū caſtigare:elenbargi cum stimulare.ambos amare:ambo offenduntur:ſz ambo diligunt.ambo molestati q̄z diu egri sunt indignant.ſz ambo sanati gratulantur. Idem. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo.⁊ ex tota anima tua:⁊ ex tota mente tua.⁊ diliges ꝓximū tuū sicut teipm. Hic physica:qñ oēs oim naturaꝝ cause in deo creatore sunt. Hic ethica:quoniam vita bona ⁊ honesta nō aliunde format q̄z cum ea que diligenda sunt quēadmodum diligenda sunt diliguntur:ℬ est deus ⁊ proximus. Hic etiā logica:qñ veritas lumenqz anime rōnalis nō nisi deus est. Idem.In hac dilectione virtus non est:nisi diligere qō diligendum est.id eligere prudentia est.nullis inde auerti molestijs sontitudo est.nullis illecebris:temperantia est.nulla superbia'iusticia est. quid autem eligamus qō ꝓcipue diligamus nisi quo nihil melius inuenimus. hoc deus é. cui si aliquid diligēdo vel ꝓponimus vel eq̄ mus:nosipos diligere nescimus. Idem.

Tanto nobis melī⁹ est q̄nto nos magis i illū
imus quo nihil melius est. inmo aūt non am
bulando sed amādo. qué tāto habebim⁹ pre
sentiorē quāto eundē amorē quo in eū tendi
mus poterimus habere puriorem. Idē.
Non faciūt bonos vel malos mores: nisi bo
ni vel mali amores. Idē. Debet hō pro
ximū diligere tanq̄ seipsum: vt qué poterit
hoiem vel beneficiētie consolatione: vel do
ctrine informatōe: vel discipline coertiōe se
cū ducat ad colendū deū. Idē in li. cōfes.
Binus dñe te amat qui aliq̄d tecū amat q̄
non ꝓpter te amat. O amor q̄ sp ardes ⁊ nū
q̄ extingueris. charitas deus meus accende
me. continentiam iubes: da q̄ iubes: ⁊ iube
q̄ vis. Idem. Dñe amore tuo percussisti
cor meum ⁊ amaui te. sed ⁊ celum ⁊ terra: ⁊
oia que in eis sunt: ecce vndiq̄z mihi dicunt
vt amem te. nec cessant dicē omnib⁹: vt inex
cusabiles sint. Idem. Pondus nō ad ima
nīt est: sed ad locum suū. Ignis enim, sursum
tendit: deorsum lapis. ⁊ infra. Binus ordi
nata inquieta sunt: ordinant ⁊ quietant. Tuō
deus meū amor me⁹. eo feror quocūq̄z feror
dono tuo accendimur ⁊ sursum ferimur. iar
descim⁹ ⁊ imus. ascendim⁹ ascēdiōes in cor
de: ⁊ cantam⁹ canticū graduū. Idē. x. lib.
cōfes. De⁹ meus q̄d amo cū te amo. Non
speciē corpis: nō decꝰ tpis: nec cādorē lucis:
non dulcis melodias cantilenaꝝ omnimoda
rum. non florū ⁊ vngētoꝝ ⁊ aromatū suauē
olentiam: non manna ⁊ mella: nō membra car
nis amplexib⁹ acceptabilia. non hec amo cū
amo deū meū: ⁊ tñ amo q̄ndā lucez ⁊ q̄ndā
vocē: ⁊ quendā odorē: ⁊ quendam cibū: ⁊
quendam amplexū: cū amo deū meū: lucez
vocem: odorē: cibū: amplexū: interiorē: is ho
minis mei: vbi fulget aie mee qđ non capit
locus: ⁊ vbi ꝺonat qđ non capit tēpus: ⁊ vbi
olet qđ non spargit flatus: ⁊ vbi sapit qđ nō
minuit edacitas: ⁊ vbi heret qđ non diuellit
satietas. Idem de Lucie charitatis. Diui
narum scripturarū multiplicē abundantiam
latissimamq̄z doctrinā sine vllo errore com
prehendit: ⁊ sine vllo labore custodit. cui⁹ cor
plenū est charitate. dicente apl̄o. plenitudo le
gis est charitas. Idez. ille tenet ⁊ quod pa
tet ⁊ qđ latet in diuinis sermonibus: qui cha
ritatem tenet in moribꝰ. Idē. Fratres sec
tamini charitatem: dulce ⁊ salubre vinculū
mentiū. sine qua diues pauper est: ⁊ cū qua
pauper diues est. Idem. Charitas inad
uersitatib⁹ tolerat: in prosperitatib⁹ temperat.
in duris passionib⁹ fortis. in bonis operibus
hilaris: in tentatione tutissima: in hospitalita
te latissima. inter veros fratres letissima. in
ter falsos patientissima. Idem. Charitas
casta fuit in susanna erga virum. in anna post
virum. in maria ꝑeter virum. libera in pau
lo arguendum. humilis in petro ad obedien
dum. humana in christianis ad confitendum.
diuina in christo ad ignoscendum. Idem.
Charitas inter opprobria secura est: inter
odia benefica: inter iras placida: inter insi
dias innocens. in iniquitate gemens. in veri
tate respirans: in virtute ꝓgratulans. Idē
in medita. Non melius nec decētius q̄ꝑ di
lectionem rependi potest: qđ p dilectionē da
tum est. Idem. Miser ego q̄nū deberez
diligē deum meū: qui me fecit cum non cora
redemit cū perieram. nō eraz ⁊ de nihilo me
fecit: non lapidē: non arborem: non aué: sed
aliquod de animalibus: sed voluit me cē ho
minem: dedit mihi viuere: sentire: discernere
⁊ intelligere. Periram ⁊ ad mortalem descē
dit: mortalitatem suscepit: morē sustinuit: mor
tem vicit: ⁊ sic me restaurauit. Auctor de
spiritu ⁊ anima. Multa sunt in me de qui
bus cor am deo erubesco: ⁊ ꝓ quibus val
de illi displicere timeo: nec ꝓ omnibus his
quid illi impendam habeo nisi tñ vt diligā.
Non enim melī⁹: vt supra. Idē. Amat de
us vt amek: ⁊ cum amat nihil aliud vult q̄z
amari: sciens ipso amore bonos q se amauē
rint: per amorē venit ad homines: venit i ho
mines: factus est hō: ⁊ delicie illius esse cum
filiis hominū. Job. dxyf. super Matth.
Omnis species iusticie in malis inuenitur si

sola gratia vere charitatis non inuenitur nisi
in seruis dei. Idez de compunctione cor.
Hic amantiū mos est vt amorem suū silen
tio tegere nequeāt: sed necessarijs suis ⁊ cha
rijs efferunt ⁊ produnt: ⁊ flāmas amoris in
tra pectus cohibere non possunt. Idē su
per iobem. Et si fratres insanabiliter egro
tauerint maneamus cum eis: et ꝓtemus ad
inuicem onera: ita eni implebimus legē chri
sti: ⁊ promissis potiemur bonis. Idē. Ui
tam nihil ita facit claram vt amor. Bern̄.
de amore dei loquens de verbo illo Lu. x.
Diliges dñm ⁊c. Quattuor in deum a nobis
⁊ toti exigunt affectus. in eo quod dicit. ex to
to corde tuo: totam sibi vendicat voluntatem.
in tota aia: totum amorē. in omnibus viribꝰ
virtutem designat charitatis. in tota mente:
fruitionem sapientie. Primū autem horꝫ. s.
voluntas ad deum animam mouet. scōm. s.
amor promouet. tertiū. s. charitas contempla
tur. quartum. s. sapiētia fruit. Idē. Nihil
aliud est amor: q̄z vehemens ⁊ bñ ordinata
voluntas. Idem. Te dñe velle ⁊ vehemē
ter velle: quod est te amare: ⁊ singulariter
amare. qui amari non dignaris cum aliqua
alia re: siue carnalius siue spirituali: siue terre
stri: siue celesti: que non amek ꝓpter te: B de
mum est non velle nisi bonū. hoc est habere
quecūq̄z vult: omnia habere: q̄ habet te qđ
inquantum amat te. Idez de dil. deo. Cā
diligendi deū deus est: modus est sine mō di
ligere. Idē. Vide quo modo: imo q̄z sine
modo a nobis deus amari meruit. qui prior
ipse dilexit nos: tantus ⁊ tñ: ⁊ gratis: tantil
los ⁊ tales. Idem. Non sine premio dili
git deus ⁊ li absq̄z premij intuitu sit diligen
dus. vacua nanq̄z vera charitas esse nō pōt
nec tñ mercēnaria est. quippe non querit que
sua sunt: affectus est: non ꝓtractus. Idez.
Quicquid ꝓpter aliud amare videaris: id
plane amas quo amoris finis ꝓtendit. non
per quod tendit. Idē sup cant. Quātitas
vniuscuiusq̄z aie estimatur ex mensura chari
tatis quam habet. vt verbigra. que multum
charitatis habet magna sit. que parum par
ua. que vo nihil: nihil. dicente apl̄o. si chari
tatem non habuero: nihil sum. Idē. Nec
ignoro q̄ honor regis iudicium diligit. sed p
ceps amor nec iudicium pōtolat: nec consilio
rꝑatur: nec pudore frenat: nec rōne subiicit:
rogo: supplico: flagito: osculetur me osculo
oris sui. Idē. Ubi amor: est labor non est:
sed sapor. Idē. Nō abduci blandicijs. nō
seduci fallacijs: nec iniurijs frangi: toto cor
de: tota aia: tota virtute diligere est. Idē.
Valde mihi amandus est p qué sum: viuo ⁊
sapio: si ingratus non sum ⁊ indignus. Di
gnus plane est morte qui tibi dñe recusat vi
uere ⁊ mortuus est. ⁊ qui tibi non sapit: desi
pit. ⁊ qui curat esse nisi propter te: p nihilo
est ⁊ nihil est. Idē. Spūs est deus ⁊ con
cupiscit deo rem aie illius quaz forte aduer
terit in spū ambulantem: ⁊ curā carnis nō p
ficientē in desiderio. pīsertim cum sui amore
flagrantem ꝓspexerit. Idē. Fateor non su
stinui pondus diei ⁊ estus: sed iugum suaue
⁊ onus leue ꝓ beneplacito patrisfamilias
porto. opus meū vix vni⁹ horē: ⁊ si plus prē
amore non sentio. Idē de. xij. gradibus.
Vere dulcis ⁊ suauis cib⁹ charitas: que fes
sos alleuiat: debiles roborat: mestos letificat:
deniq̄z iugum veritatis facit suaue ⁊ onus le
ue. Idez de precep. ⁊ disci. Fons vite cha
ritas est: nec viuere animam dixerim que de
illo non hauserit. Haurire porro. quomodo
potest nisi fuerit presens ipsi fonti qui chari
tas est que deus est: presens ergo deo est qui
amat deum inquantū amat. Idē. Bona
mater charitas: que siue foueat infirmos: si
ue exerceat proiectos: siue arguat inquietos
diuersis diuersa exhibens: sicut filios diligit
vniuersos. Idem. Seruite in charitate
illa que timorem expellit: labores non sentit:
meritum non intuetur: pmium non requirit
⁊ tamē plus omnib⁹ vget. Idē in apolo.
O quanta fiducia charitatis. alius operatur
non amans: ⁊ alius amat nihil operans. ille
quidē opus suum perdit. iste vo charitas

nunciꝫ excidit. Interl'.ysa.xl.g.Omnia sa cilia amanti. Interl'.apoca.vi.Nullum p minit deus cadere qui ei seruit vero amore

¶ De quattuor cardinalibus.

Capitulum xxvi.

§ Rego.in mora.Prudentia: tempe rantia:fortitudo:atqꝫ iusticia: tan to pfecte sunt singule: q̄nto vicissim sibimet iuncte. Idē super Eze. Unusquisqꝫ tm̄ prudens est quantū tēperans:fortis:⁊ iustus:tantum tēperans quantū prudens:fortis ⁊ iustus.tantum fortis quantuꝫ prudens: tpans ⁊ iustus.tantum iustus q̄ntū prudens temperans ⁊ fortis. Aug.In hac dilectione.Supra de charitate. Idem de trini.Quod qđ agit iusticia in subueniendo miseris. qđ prudentia impꝛecauendis insidijs. qđ fortitudo in perferendis molestijs.qđ temperātia in coercendis delectationibus cauis:nō ibi erit vbi nihil omnino mali erit. Idem de moribus ecclesie.Illas quattuor virtutes quarum vtinam ita in mentibus vis vt nomina in ore sunt omnium.sic etiam diffinire non dubitem:vt tpantia sit amor integrum se pꝛebens ei quod amatur.fortitudo amor facile tolerans omnia ,pter id quod amatur. iusticia amor soli amato seruiens. ⁊ ,pterea recte dīans.prudentia amor: ea a quibus adiuuamur:ab eis quibus impedit sagaciter eligens.Aī mihi videtur q diffinitio breuis ⁊ vera virtutis est ordo amoris. Ysido. in ety.Prudentia est in rebus qua a bonis mala discernunt.Fortitudo est qua aduersa eq̄nimiter tolerant.Tpantia est qua libido cōcupiscentiaqꝫ rerū refrenat. Justicia q̄ recte iudicando sua cuiqꝫ distribuunt. Hiero. in epla.Eis scire quales q̄rat dīs ornatus: habeto iusticiam:prudentiā:tpantiā:fortitudinem.nihil hoc monili pciosꝰ:nihil hac gemarū varietate distinctꝰ. Idē in ori. sup naum.Quō quattuor q bus pugnamꝰ ⁊ tegimur sunt scuta virtutum:prudentia: iusticia: tpantia:fortitudo.ita econtrario quattuor vicia sunt.stultitia:iniquitas:luxuria: formido: quibus ab hoste percutimur. Berñ. de conside.Justicia querit:prudēna inuenit:fortitudo vendicat:temperantia possidet.

¶ De prudentia.

Capitulum xxvij.

§ Rego.in mora.Cum rectitudo sanctos viros ad libertatem vocis erigit:cōsideratio infirmitatis ꝓpzie in humilitate custodit. Idē in omel'.Cogita te qd facitis:recogitate qd fecistis:largitatꝫ supne pietatis aspiciter:⁊ ad misericordie iudicem dum adhuc expectat cum lachrymis venite. Idem in regio.Sūmis in rebus ciuitum non oportet esse cōsiliū. Idez.Alia é vita plena:⁊ tanto qsqꝫ necesse est vt insipientes spūs caueat:q̄nto maiora sunt dona que ponat. Idem super Eze.Restat vt sine i ꝺbi ministerio fatigemur:sen indigentiꝫ nostra largiamur:seu per abstinentiam carnem domemꝰ:seu zelo moueamur:seu p patiēnā aliqñ leuiter pꝛaua toleremus: vt summopere debeamꝰ in intentione nr̄a discutere q̄emus omne qđ facimus non nostro,ſ dīi zelo faciamus. Aug.de solilo.Cauendum est magnopere:dū hoc coꝛpꝰ agimꝰ:ne quo sensibilium visco penne nostre impediant:quibꝰ integris perfectisqꝫ opus est vt ad illam lucem ab his tenebris euolemꝰ. Idē de singularitate clericoꝝ.Utiliꝰ est vt ifirmū se homo cognoscat vt fortis existat:q̄ fortis videritur ⁊ infirmus emergat. Ysido.de etymo. Prudens dicit quasi porro videns.pspicax é enim ⁊ incertoꝝ puidet casus. Idez in syno.Quicqd boni cū discretione feceris virtus est.quicqd sine discretione ꝺfeceris vitium est.virtus enim indiscreta pꝛo vicio deputat. Idē.Nihil iuuat.Infra li.iiij.ꝺ exercitio. Hiero.Prudentia ablatꝫ bonitate.Infra li.iij.de malicia. Ambro.de of. Sapiens vt loquat multa:priꝰ cōsiderat qd dicat:⁊ cui dicat.quo in loco ⁊ tpe. Bēr. de ꝓsidera.Quātū ad ꝓsiderationis attinet fructū quattuor tibi ꝓsiderāda reor.te.q̄ subte.que circa te:q̄ supra te sunt:A te tua ꝓsidera tio indoctus:ne frustra extendaris in alia tec neglecto. Idem.Tu cōsideratio in tria gdem dividit:si consideres qd:qs:aut qualis sis.Quid in natura.qs in pſona.q̄lis in moribus. Idē.Consideratio mētē purificat: regit deinde affectꝰ:dirigit actꝰ:corrigit excessus.componit mores:vitā honestat ⁊ ordinat. Idē.Consideratio cōfusa dissermi nat.hiantia cōpmit:sparsa colligit:secreta rimat:vera inuestigat.verisillia examinat:ficta ⁊ fucata exploat.Hec est que agenda pꝛeordinat:recogitat acta.vt nihil in mente resideat incorrectum. Idem super cantica.Discretio est non tm̄ virtus q̄ qđā moderatrix ⁊ auriga virtutū:ordinatrixqꝫ affectuū:⁊ morum doctrix.tolle hanc ⁊ virtꝰ vicium erit.

Idem.Alia q̄ amat vigilat ⁊ obseruat:⁊ beata quam dīs inuenerit vigilantē:nō transibit eam.nec pteribit ab ea.ſz stabit ⁊ loq̄tur ei.loquetur qꝫ amatoria: loq̄tur siquidē vt dilectꝰ. Idē de.xij.gradi. inquirim⁹ vitatez in nobis ipsis:in pximis:in sui natura. in nobis nobismetipsos diiudicando.in primis eorū malis cōpatiēdo.in sui natura mōo corde contēplando. Idē in ser.Sede computa quid diebꝰ singulis acquirē valeas:certꝰ eq̄dem apud deū nullum esse bonuꝫ oīno irremuneratū:nec aliqđ malū impunitū. ⁊ sicut non capillū de capite:sic nec momentū de tēpore periturū. Tulliꝰ in rheto.Prudētia est rez bonarꝫ ⁊ malarꝫ vtrarūqꝫ scia. Partes eiꝰ memoria:intelligētia:puidentia.Memoria est per quam animus repetit illa que fuerunt.Intelligentia per quam ea perspicit que sunt.Pꝛouidentia per quam futuruꝫ aliquid videt anteq̄ factum fit.

¶ De memoria.

Capitulum xxviij.

§ Rego.in ome.Luz bona frēs agitis:semper ad memoriam mala acta reuocate:vt duz caute culpa ꝓspicit nunciꝫ de bono ope in caute animus letetur.

Idē in regio.Cogitationū illebria:ligue incōtinentiā:delictoꝝ opa ad memoriā reuocemus.⁊ dū licet ⁊ tēpꝰ habemꝰ magno plāctu iniquitatū nr̄arꝫ macias deleamꝰ. Idē sup Eze.Cum mala cōmittimꝰ:frustra tunc ad memoriā bona nr̄a transacta renocamus. qñ in perpetratiōe malorꝫ nulla dꝫ esse fiducia bonorū pꝛeteritorꝫ. Idē.Time nobis misericordie dei nūr̄e fiūt:cum nobis ad memoriā miserie nr̄e revocant. Idē i mora. Patienter illatꝫ iniuriā tolerat: qui pie meminit qđ sortasse adhuc habeat in quo debeat ipse tolerari. Idem. Cū voluptas lubrica tentat in pꝛosperis.hec ipsa sunt pſpa aculeo tētationis opponenda.vt eo eruberescam⁹ pꝛaua cōmittere quo nos a deo memimꝰ gratuita bona pcepisse. Idez.Quisquis a precipitis.infra li.iij.de remorsione. Idem sup illud Job.xxxvi.Ubi eras qñ ponebā fundamenta terre:ac si iustificato pctōri aperte veritas dicat.Virtutes a me acceptas tibi nō tribuas.Noli p̄ me de meo munere extolli. recole vbi te inueni qñ meo te timore solidaui.Ut ergo ego in te non destruam qđ construxi:ipse non cesses cōsiderare qđ in te reppi. Isi.de sum.bo. Quisquis pctōr memoria cōpungit ad lamentatū:ne dei se visitari sciat pſentia.qñ ex eo qđ se admisisse recolit interiꝰ erubescit:suoqꝫ se iudicio puniendo iam punit. Aug.de tri.Nihil vile est vt meminerim viriū meaꝝ: fraudesqꝫ meas admoneā vt meminerit suaꝝ:ne vitra q̄s tutū est ꝓgrediat hūana ifirmitas. Ambro. in apolo. Sapiens si epulet:si cogitet:si oret ac deprecet:ante oculos eius semp error: est ꝓprius:⁊ momētis oīb⁹ pulsat culpa ꝓsciam. nec quiescē:nec obliuisci sinit. Hieron. Nec dauid.infra libro.iij.de familiaritate.

Joh.chryso.Aī accubueris lib.iiij.de dissolutione. Idē sup epistolaz ad heb. Nullum inuenit delictoꝝ tale remediū sic eoꝝ continuata memoria. Berñ.de ꝓside.Inter alia ꝓsideranda q̄lis sis ⁊ q̄lis fueris ad memoriam reuocandū est.ꝓsecūda sunt emꝫ posteriora pꝛioꝝ ⁊ pꝛiora seqntiꝰ:vtꝫ ne pꝛofecerio in futuꝝ.in sapia:in intellectu:in

suauitate morꝫ: aut ab his fonte qō absit deꝛ feceris. Idē. Tertia contēplatio. Infra li. iiij. de contēplatione. Idē in epla. Iturus ad somniū sp aliquid tecū defer in memoria vel cogitatione in quo placide obdormias: qō nōmunqz etiā somniare iuuet. Idez su per canti. Jo qui christo passo pie compank ꝓpundit ⁊ mouet facile ad memoriā eoꝝ q̄ prulit atqz istius suauitate deuotōis pascitur ⁊ ꝓfortatur: ad quem salubria: honesta: pia.

Sene. i epla. Illiqs vir bonus eligendus est: atqz sp añ oculos habēd⁹. vt sic tāqz illo spectāte viuam⁹. ⁊ oia tāqz illo videte facia m⁹. O felicē q sic aliquē vereri pt: vt ad me moriā quoqz eius se cōponat atqz ordinet.

¶ De intelligentia.

Capitulum xxix.

Rego. in mora. Nec ꝯ auctorē sumꝫ
§ hō supbiat: ꝓsideret vñ huc venit. ⁊ intelligat qd sit. Idē. Dū pēsa mus ḡles erga aliquos fuimus: eē circa nos tales alios nimis dolemus. q̄ aliena iniusti cia in nobis vindicat qō in se iuste ꝓscia nr̄a accusat. Idē. Qui plenissime intelligere appetit qlis est. talis nimiꝫ debet conspicere qualis nō est. vt ex bonoꝝ forma meliꝰ q̄n tum ipse deserto bono deformis ē. Idem Tunc ve cognoscim⁹ bona nr̄a vñ sunt. qñ hec q̄si amittēdo sentim⁹ q̄ a nobis seruari nō possunt. Idē. Sancti oēs qñ'in dei vi sione ꝓficiunt. quāto magis diuinitaꝰ int'na cōspiciunt: tanto magis se nihil eē cognoscūt nusqz quippe legiꝰ q̄ abraā cinerē ⁊ puluerem se esse ꝓfessus est: nisi cū habere meruit dei colloquiū. Idem. Sancti viri ingenij virtutē ad agnoscēdam infirmitatē ꝓpriam dirigunt. atqz ex infirmitatis sue meritis cognitōe cōualescūt. Nunqz deus mentem deserit: que in peccatis se veraciter agnoscit

Idem. Sancti viri minime. Infra de exercitio. li. iiij. Idem. Memo fortitudinem spā nisi cū rectus esse cepit deprehendit. Nā qui oīno puersus ē: neqz hoc pōt videre qō est. Idē. Nulla est cognitio reprehensionis si nō sequank etiam lamenta penitudinis

Idē. In hoc mundo dū viuimus: tūc p fecte que scieda sunt scimus: cū ꝓficiētes p i telligentiā nil nos ꝓfecte scire cognoscimus.

Idē. Vera scientia afficit: nō extollit. nec supbientes quos implcueru: sed lamentātes facit. Idē. Sepe dū quoldā. Infra li. iij. de disco: dia. Idem in regis. Bonarum mentiū est etiā ibi aliquo modo culpas suas agnoscere vbi culpa nō est. Idem super Ezech. Recte ꝓphetica dicit nō q̄ predicit ventura: sz q̄ pdit occulta. Idē. Spūs p phetie nec sp nec eodē modo ꝓphē animus tangit. Nota. Idē. Aliqñ ꝓphetie spiriꝰ ꝓphetis deest: nec sp eoꝝ mentibus phō est quatenus cū hūc nō habēt se hūc agnoscant ex dono habere cū habēt. Augꝰ de ciui. dei. Tria sunt que in vnoquoqz homine artifice spectank vt aliqd efficiat. natura: doctrina: vsus. Natura ingenio: doctrina scientia: vsus fructu dijudicandus est. Idē. Abulta ad fidem catholicam pt̄inentia dū hereticorum callida inquietudine exagitank: vt ad uersus eos defendi possint. ⁊ cōsiderantur i telligentiue: ⁊ intelliguntur clariꝰ. ⁊ instituꝰ predicank: ⁊ ab aduersario mota q̄stio discēdi nobis exitit occasio. Idē de. lxxxiij. q̄stionibus. Nullū bonū pfecte nosciꝫ: qō non perfecte amak. Idē de doctrina christiana. Disputatōis disciplina ad oia genera questionū que i litteris sctis sunt p intellectū pertranda ⁊ dissoluenda plurimū valet. m̄ ibi cauenda est libido rixandi. Idē. Bonoꝝ ingenioꝝ insignis est indoles in verbis veꝝ amare: nō v̄ba. Idē de bono pscue. Nō simus in disputatiōibus pmpti: ⁊ ꝯ oīb⁹ pigri. Idē de tri. li. iiij. Sciam terrestrium celestiumqz rez magni estimare solet genus humanū: in quo ꝓfecto meliores sunt q̄ huic scientie ꝓponunt nosse semen ꝓos: laudabiliorꝫ est anim⁹ cui nota est infirmitas sua q̄ qui ea nō ꝓspecta vias siderum scrutatur. ignorās viā qua ingrediatur ad celū. Isi. de sū. bo. Nihil pei⁹ q̄z culpā agnoscere nec

deflere. Lassio. in li. ō aiā. Animia magnitudo est suam intelligere paruitatem: nec ꝑualet hoc ipsum nosse: nisi cum ceperint diuina pasci. Bern̄. in medita. Ab exterioribus ad interiora redeam: ab inferioribꝰ ad superiora ascendā: vt possim cognoscere vñ venio: aut quo vado: qd sum: vel vñ sum. vt p cognitionem mei possim puenire ad cognitionē dei. Idem in epla. O vtinā sapores ⁊ intelligeres ac nouissima prouideres. Sapes q̄ dei sunt: intelligeres que mōi sunt: prouideres q̄ inferni sunt: pfecto iferna horreres: superna appeteres. q̄ sunt mūdi ꝓtemneres. Idē. Qui per secte se examinande cognoscit: suo pctō nullius pcñ par estimat qō non sicut suū intelligit. Idem sup can. Est quidem q̄ntū in se est oīs scia bona: que tñ veritati subnixa sit. sed tu qui' cuz timore ⁊ tremore tuam ipsiꝰ opari saluti ꝑ tpis breuitate festinas: ea scire prius ampliusqz curato: que pfenseris viciniora saluti. Idem. An non inflatiōes ⁊ toxiōes in ꝓscia sustinebit q hmōi est sciens vs bonum: ⁊ non faciens: an non responsum morꝫ ⁊ damnationis totiens in semetipso habebit: quotiēs in mētem venerit sermo qui dixit deꝰ. q̄ seruꝰ sciens voluntatem dñi sui ⁊ nō faciēs: vdigne vapulabit plagis multis. Idem in ser. Sup oēs docentes me intelleri. Quare inquā. Nunquid q̄ byssō ⁊ purpura me indut. q̄ lautioribus epulis abundani. nunquid q̄ platonis argutias: aut aristotelis versutias itellexi: aut vt intelligerem labora: aui: Absit inquaz. Sed q̄ testimonia tua exquisiui. Idem. Quans scūs quidam deus inquit noueri me: noueri me te. breuis oratio: sed fidelis. Hec est enim vera plōia: ⁊ vtraqz cognitio proprius necessaria ad salutem. Ex priori siquidē timor ꝯcipitur ⁊ humilitas: ex posteriore spes ⁊ charitas generat. Boetius. Humane nature. Infra li. iij. de ignorātia. Anb. Primus gradus. li. iiij. ō hūilitate. Glo. lu. vi. Ubi magis donum scientie: ibi trāsgressor maiori sub iacet culpe. Sene. in epla. Quare libera libus studijs filios erudim⁹: non q̄ virtutem dare possint: sed q̄ aim ad excipiēdā virtutē preparant. Idem. Si ppendē te voles sepone pecuniam: domū: dignitatē: intus teipsum ꝓsidera: nec q̄lis sis alijs crede. Idez. Initiū salutis est notitia pcti. Nam qui peccare se nescit corrigi non vult.

¶ De prouidentia.

Capitulum xxx.

Rego. in mora. Ō valde est imꝑ
§ portabile ex dolore ostendik ꝓsidera tione ꝓuida: ⁊ remuneratiōe leniga tur. Idem. Jo q̄ cūcta pūsqz veniant conspicit: neqz ea postqz aliquid fecerit penitēdo respicit. Idem. Qui in dictis suis reprobari metuit: ipse prius debet examinare qō dicit. Idem. Nil'sic ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet. q̄z vt vnusquisqz hoc quod vitium diligit mortuum penset. Idem. in omni quod dicitur: necesse est vt causa tempus ⁊ persona pensetur. si verba sententie veritas roborat. si hāc tempus congruū postulat. si veritatem sententie ⁊ congruentia temporis persone qualitas non impugnat. Idem super Eze. Sancto actio ab omni parte circūspecta est. bona desiderabiliter ꝓuidens: mala solerter cauens: sed hoc est laboriosi⁹ vbi sctōrū mens inuigilat: ne se ante eoꝝ oculos mala sub bonorum specie absondant. Idem in regis. Terribilem iudicē veniētem cōsidera: ⁊ de aduētu illi⁹ nūc cōscia tua cōremisceat: ne tūc sine causa iam timeat: cū coraz illo celū ⁊ terra tremuerit. Jsido. in syno. Perspice qō cui aptum sit tpi: qd: vbi: q̄n: q̄ntū: q̄z diu facere debeas. Idem. Cum diu cogitaueris tūc fac qō probaueris. Amb. i epi. Bōs bona speculatrix consiliorū suorū est. pri⁹ examinat quid decoꝝ atqz honestū. Hiero. Caueto oēs. infra lib. iiij. de fama. Aug. de singula. cle. Amator est salutis sue: qui cuitat aliene mortis incursiū: ⁊ ipse est prouidus qui sollicitus fit cladibus ceteroꝝ. Ber̄. de conside. Nō oportet vt vicia domus tue

vtimus scias: qđ q̄ plurimis notum⁹ ꝓtigit se: q̄ propter alius alia dispenset. de disciplina tu prouide. Idē. Spūalis homo ille q oia diiudicat vt ipse a nemine iudicet: omne op⁹ suū terrena quādā ꝓsideratiōe ꝓueniet: p mū quidem an liceat: decide an deceat. postremo an ⁊ expediat. Idez. Diligenter vō omne quod faciendum erit tracta apud te: ⁊ cū his qui te diligūt tracta ante factū. q: post factum sera retractio. Idez in medita. Habes domum o anima: sed cito cassura est: dom⁹ tua tu quoqꝫ nisi aliam ꝓuideris vento ⁊ pluuie exponenda. Idē in ser. In oibus opibus tuis memorare nouissima: horrorem mortis iudicij tremendum discrimen. ardentis gehē ne metuꝫ: ab oculis cordis tui nullatenus patiaris elongari. Idem. Cum iudiciū carnis ex anima pendeat: nihil carni possit vtilius q̄ salus anime ꝓuideri: vt videlicet in tpe sit respectus illius ⁊ socia passionis: felicitatis quoqꝫ consortium mereatur.

¶ De fortitudine.

Capitulum xxvi.

g Rego. in mora. Justorꝫ fortitudo est: carnem vincere: ꝓprijs voluptatib⁹ ꝓtraire. delectatiōē vite p̄sentis extinguē. huic mūdi aspa p eternis premijs amare. psperitatis blādimēta ꝓtenere: aduersaris metū in corde superare. Idem. Qui in auctoris sui amore roborantur: quo magis in concupita dei fortitudine conualescunt: eo a propria virtute deficiunt: ⁊ quo robustius eterna appetunt: eo fortius a tpalib⁹ salubri desectione lassant. Idem. Tanto se vnusquisqꝫ ad fortitudinem ꝓfecisse veritus demonstrat: quanto aliena mala equanimius tolerat. Idem in regis. Mores meos bene habes cognitos. q: diu porro: sed si semel deliberauero non potuare contra omnia pericula letus vado. Hiero. in epistola. Nihil eo fortius qui vincit diabolum: nihil imbecillius q̄ qui a carne superat. Idez in oz. super Isa. Fortitudo atqꝫ cōstantia via regia est: a qua declinat ad dexteram qui temerari⁹ est ⁊ pertinax: ad sinistrā qui formidolosus est ⁊ pauidus. Aug. ad Hieronymum de fria iacobi apli. Qui vera virtute fortis est: nec temere audet: nec inconsulte timet. Ambro. ō offi. Est fortis qui se in dolore aliquo consolat: ⁊ reuera iure ea fortitudo vocatur cum vnusquisqꝫ seipsum vincit: iram continet: nullis illecebris emollitur atqꝫ inflectitur. non aduersis perturbat: non extollitur secundis. ⁊ quasi vento quodam variarum rerum circunsertur mutatōe. Idē Non in inferenda sed depellenda iniuria laus virtutis est. qui enim non repellit a socio iniuriam si potest: tam est in vicio: q̄ ille qui facit. Idem. Fortitudo inuicta est ad labores fortis ad pericula. rigidior aduersus voluptates: dura aduersus illecebras. quibus autem deserre nesciat: nec vt dicitur aue dicat: pecuniam negligat: auariciam fugiat tanq̄ labez quandam que virtutem effeminet. Idem super Lucam. Fortitudo animum corpusq cōfirmat: nec perturbare sinit timore aliquo vel dolore. Seneca in epistola. Sapiens ⁊ fortis ad omnem incursum munitus. intentus: non si pauperias: nō si luctus: nō si ignominia: non si dolor impetum faciat: pedetre feret interitus: ⁊ contra illa ibit: ⁊ inter illa stabit. Idem. Sapiens virtutem si licebit in diuitijs explicabit: si minus in paupertate: in patria si poterit: si minus in exilio: si poterit imperator: si minus miles: si poterit integer: si minus debilis. Multa infra libro. iiij. de certamine.

¶ De constantia.

Capitulum xxvij.

Rego. in ome. Non nos psperi eleuent: non aduersa pertubent: vt qui insolicitate fidei figimur: ne quaq̄ rerum transeuntium mutabilitate mouemur. Idem in mora. Sancti viri nec sustinere falsa per infirmitatem metuunt: nec ueri vnq̄ a veritate conticescunt. Idem. Electi ipsa que fortiter tolerant supplicia perhorrescunt: ita vt in eis vno eodemq tempore ⁊ constantia ex virtute sit: ⁊ pauor ex carne.

Idem. iusti viri securitas recte leoni comparat. q: dum contra se quoslibet insurgere conspicit: ad mentis sue constantiam redit: ⁊ scit q: cunctos aduersantes superat q illum solum diligit quem inuitus nullo modo amittit. Idem. Vir sanct⁹ quo maior⁹ persecutione premitur: eo ad predicandū veritatem acrius instigat. ⁊ cū constanter persecutores tolerat: ardenter ad se auditores trahere festinat. Idem. Si semel in appetitu superne patrie fortis stabilitate animus figit: minus rez tpaliū perturbatiōe vexat. Idē super Ezē. Timeri ab omnib⁹ homo debuerat si ipse auctorem oiuꝫ vt hō timuisset. nā qui rationis sensum ad timorē dei non hz: tanto in nullo timendus est q̄nto ꝗ qđ ipse esse debuit non est. Idez in regi. Hoc certissime scito q placere deo ⁊ placuisse hominib⁹ nullus potest. intantū ꝑ se existimet firmitas tua omni potenti deo placuisse: q̄nto se peruersis hoibus displicuisse cognouerit. Idē. Nulli⁹ vos infra li. iiij. de tranquillitate. Aug. in epi. Senti de augustino quicq̄d libet: sola me in oculis dei conscientia non accuset. Idē de ci. dei. Virtutes habenti magna virtus ē contēnere gloriam. Idem. Qui cōtemnit iudicia laudantiū: ꝓtemnit etiā suspicantium temeritatē. quoꝫ tñ si vere bon⁹ est non contemnit salutes. Idē in ser. Nec valde gaudere debem⁹ q̄n laudamur: nec contristari q̄n vituperamur. q: nec vānare iniuria: nec coronare potest laus falsa. Ambro. ō offi. Bene sibi ꝓscius falsis non debet moueri. nec estimari plus pōderis in alieno esse ꝙ iudicio: q̄ in suo testimonio. Job. dxxv. i ser. Quicq̄d terroris habet mundus ꝓtēno: quicquid delectabile habet rideo. diuitias non cupio: paupertatē non horresco: mortē non timeo. Hiero. in epla. Utinam ob dei mei nomen atqꝫ iusticiā vniuersa me infidelium turba persequatur ⁊ tribulet. vtinā in opprobriū meū solidus exurgat hic mundus. tm vt a dño merear laudari. ⁊ sue pollicitationis sperare mercedē. Idē. Gras ago deo meo: q dign⁹ sum habitus qđ mūdus oderit. Idem. Per bonaz ⁊ malā famā a dextris ⁊ a sinistris dñi militer graditur. nec laude extollit. nec vituperatiōe frangit. non diuitijs tumet: non cōtumelijs pauptate: ⁊ leta cōtemnit ⁊ tristia. Idē in ꝓlo. super hester. Nec affectamus laudes hoiuꝫ: nec vituperationes expauescim⁹. deo eni placere curātes minas hominū penitus non timem⁹. q̄n diuisipat de⁹ ossa eoꝝ q hominib⁹ placere desiderant. Sene. in epistola. Honores ⁊ in iurie vulgi in promūculo sunt habende. nec his gaudendū: nec illis dolēdū. Idē. Aliuꝫ excellenté cōstanté ⁊ moderatū: ⁊ ola tanq̄ se minora transeūtem: q cq̄d timemus optamusqꝫ ridenté celestis potentia agitat nō potest res tanta sine adminiculo numinis stare.

Idem. Vir bonus qđ honeste se facturū putauerit faciet: etiam si pecuniam auferet. si laboriosum erit: faciet etiam si periculosum erit. rursus qđ turpe erit non faciet: etiam si pecuniam habebit: etiam si voluptatem. etiam si potentiam ⁊ dignitatē: ab honesto nulla re deterrebitur: ad turpia nulla reinuitabitur. Idem. Equo animo audiēda sunt imperitorum conuitia. ⁊ ad honesta vadenti cō temnendus est ipse contemptus.

¶ De patientia.

Capitulum xxviij.

Rego. in mora. Nunq̄ ē patientie virt⁹ in pspis. ille aūt est ve patiēs q reb⁹ aduersis atterit: ⁊ in spei sue rectitudine nō curuat. Idē. Tūc vere ostēdimus q̄ accepta bona recte tenuimus: cū ꝓfecto eq̄nimiter ad monumētū sublata toleramus. Idē. Quos ad fortia trahē mitimur: eoꝝ necesse est vt infirma toleremus q̄ nec iacentem erigit nisi q̄ status sui rectitudinem p cōpassionē flectit. Idē. Sci viri patienter audiūt etiā q̄ se nunq̄ fecisse meminerūt. q̄ quis ea mala q̄ sibi igeri pspiciūt ab ipsis suis criminatoribus nouerit ꝓpetrata.

Idem. Tūc illata puinia dñi toleramus

etꝫ in secreto mentis adꝫmale perpetrata re
currimus.leue quippe videbitur qꝺ aliena
iniuria percutimur:dum in actiõe nostra cõ
spicimus qꝺ peius est ꝟsupplicium' qõ mere-
mur. Idem super Eze.Linguas detrahé
tium sicut nostro studio non debemus excī-
tare ne ipsi pereant.ita per suam maliciā ex
citatas debemus equanimiter tolerare vt no
bis meritum crescat. Idez. Patientia ve
ra est que etiam ipsum amat quem portat.
Nā tolerare ⁊ odisse nõ est virᵗ⁹ patiētie ⁊
mā̄suetudinis:sed velamentū furoris. Jō
in dialo. Ego virtutē patientie ⁊ signis ⁊ mi-
raculis maiorem credo. Idem in omelia.
Tribus modis virtus patientie exerceri so-
let.alia nanꝫ sunt que a deo.alia que ab an
tiquo aduersario.alia que a ꝓximo sustine-
mus.A ꝓximo nanꝫ persecutiões ⁊ dāna
⁊ contumelias ab antiquo aduersario tenta-
menta.a deo flagella toleramꝰ. Idē. Per
fecte aduersarius vincit:qñ mens nostra ⁊ i
ter tentamenta diaboli a delectatione atꝫ cõ
sensu oibus modis refrenat. ⁊ inter ꝓtumeli
as ꝓximi custodit ab odio:⁊ inter flagella
dei custodit a murmuratione. Idē. Pati
entia est aliena mala equanimiter perpeti cõ
tra eum quoꝫ qui mala irrogat nullo dolo
re moꝺeri. Idem. Ille ꝟaciter. Infra li.
iiij. de leticia. Joh. chrys. in ozi. super illud
Mat. v. Audistis qꝺ dictū est.oculū pro ocu
lo tē. Primus gradus patiētie est recipe in
iuriā. Secūs postꝙ̄ recepta est:non velle vin
dicari. Tertius est non facere veramī hec q̄
passus est:sed quiescere. Quartᵘ⁹ tribuē seip
sum in patiēdo mala. Quintᵘ⁹ ⁊ amplᵘ⁹ tribu
ere ꝙ̄ ipse vult q̄ fecit. Sextᵘ⁹ non odio habe
re eum qui operat hec. Septimus ē diligē.
Octauᵘ⁹ ⁊ bñfacē. Nonus ⁊ deū pro ipso de
ꝓcari. Idē super iob. Non memoriā ma
loꝝ habeamᵘ⁹ in eos q̄ nos lediū:sed redar-
guamᵘ⁹ eos ⁊ plorem⁹:ploratu enī digni sūt:
non q̄ patiunt hꝫ q̄ mala faciūt. Nā seipsos q̄
dem maxime ledūt ⁊ amarᵘ⁹ ⁊ calūniator⁹ ⁊ q̄
cūqꝫ aliꝫ aliqꝺ malū facit.nobis ꝟaūt prosum
maxime nisi nosipsos vindicauerimꝰ. Au
gustinᵘ⁹ super iob. Pro dilectione dei debe-
mus patiēter psecutiões ⁊ nūdi odia sustinē
necesse est enī vt nos oderit quos cernit nol
le qõ diligit. Idem in lib. de patiētia. Mõ
ficut oēs qui sciunt participes sunt sciētie.ita
nec oēs qui patiunt sunt participes patien-
tie.sed qui passiõe recte vtunt:ibi patiētie ve
ritate laudant:ibi patientie munere coronan
tur. Idē. Inde est patiētia iustoꝝ vera:vñ
est in eis charitas dei ꝟa.⁊ inde est patientia
iniquoꝝ falsa:vñ est in eis cupiditas mōi ꝓ-
uersa. Idē. Patiētia pauperū christiꝙ̄ di
tādoꝝ heredū christi nõ pibit in eternū. non
qꝺ illic patienter ferre debeamᵘ⁹:hꝫ qꝺ ꝓ his q̄
hic patienter ꝓtulimus:illic eterna beatitudine
perfruemur. Idē. Job sustinens in carne
dolores suos:i corde errores alienos:ꝓuidis
coripiebat insipiētiā:amicos docebat sapiaꝫ
⁊ seruabat vbiqꝫ patiaꝫ. Idē de moꝝ. cc.
Perpetienda sunt vicia multitudinis vt cu-
renk:e ꝓius toleranda ꝙ̄ sedāda'ē pestilētia.
Idē in lib. de ouib⁹. Tolera qꝺ tolerat⁹ es
si sp bonꝰ fuisti habeto misericordiā.si aliqꝺ
malus fuisti noli perdere memoriam. ⁊ quia
est semp bonus:Si te deus diligēter discuti
at facilius te'inueniet etiā nunc malū:hꝫ tu te
sp bonū. ergo tolerāda sunt zizania inter fru
mentū. Idē. Vis desideriorꝝ. Infra li. iiij.
de desiderio. Ambro. sup Lu. Xpꝰ voluit
ab aplō suo tradi:vt tu a socio desertus:a ser
uo ꝓditus:moderate feras tuū errasse in-
dicium:pisse bñficiū. Hiero. in epi. Libēs
nunc tormenta patiar:vt tūc tutura mihi gla
ria ruek. Nõ enīꝫ indicabit dñs bis in idipsū.
Jsi. de sum. bo. Aduersus cōiciū lingue
fortitudo est adhibēda patientie:vt tentatio
ꝟbi q̄ fortis impugnat tolerantie ⁊rute vica
discedat. Bern. in epi. Vera patiētia ē pa
ti vel agē ꝓ qõ libeat:sed non ꝓter qõ liceat.
Idē in ser. Est hõ pacatus q̄ bona ꝓ bo-
nis reddēs q̄ntū in se est nemini vult nocere
Est alᵘ⁹ patiēs q̄ nõ reddēs malum ꝓ malo
etiā potēs ē sustinē nocētē. Est etiā pacifica-

qui bona ꝓ malis reddens in ꝓmptu habet
ꝓdesse nocenti. Primus quidē parulus ē
⁊ facile scandalizaḳ. nec facile qui hmōi ē in
hoc seculo neq̄m ⁊ pleno scādalis poterit ob
tinere saluē. Scōs vt scriptū est in paciētia
sua possidebit aiam suā. Nā tertius quidem
nõ mõ suā possidet sed ⁊ multoꝝ aias lucri
facit Tullius in retho. Patiētia est hone-
statis aut vtilitatꝫ cā rep arduaꝝ ac difficiliū
voluntaria ac diuturna ꝓpessio.

¶ De perseuerantia.

Capitulum xxxiiij.

Rego. in regil. Magna est contra
¶ peccatū virtus penitētie si quis in
eadē pnia perseueret. Idē. Illa
deo nr̄o sp opa grata sunt:q̄ a bonis que ce
perint nõ recedit. Idē in moza. In cūctis
vigilanter debet se mēs circūspicere:atqꝫ in
ipsa circūspectōis sue ꝓuidētia perseverare.
Idē. Beneicepta cunctis diebus agenda
sunt:vt cū malū pugnādo repellit:ipsa boni
victoria ꝓfātie manu teneaḳ. Idē. Mirū
nõ est si quis bona inchoet:sed valde mira-
bile est si intētõe recta:in bono ope ꝑduret.
Aug⁹ de correptõe ⁊ gr̄a. Predestinato
rū fides que p dilectõem opaḳ:profecto aut
oino nõ deficiet:aut si qui sunt quoꝝ deficit
repaḳ anteq̄ vita ista finiaḳ. ⁊ delicta q̄ inter
currerat inigtate vsqꝫ in finē pseuerātia de-
putaḳ. Idē de ꝟiug. adul. Que rectissime
vouenk cū boies vouerint nulla ꝓditōe rum
penda sunt'que sine vlla ꝓditōne vouerunt.
Jsi. de sum. bo. Tūc deo placet nr̄a ꝓuer
satio:qñ bonū qõ inchoamus pseuerāti fine
ꝓplemus. Idē in syno. Salus inchoātib⁹
ꝓmittit:premiū pseuerātibus daḳ. nõ est be-
atus q̄ bonū facit:hꝫ q̄ incessabiliter facit. qui
enim pseuerauerit vsqꝫ in finem:saluus erit.
Bern. in epla. Perseuerātia sola meretur
viribus gloriā:virtutib⁹ coronā.ꝓfuse absqꝫ
pseuerātia nec qui pugnat victoriā nec pal-
mā victor ꝓsequitur. Idē. Perseuerāna'vi
go: viriū. virtutū ꝓsumatio: est nutrix ad me
riū:medi:trix ad premiū:soror patiētie:con
stantie filia.amica pacis:amiciciaꝝ nodus:e
vnanimitatis vinculū:ꝓpugnatōrū scitatie.
Idem. Tolle perseuerantiā:nec obsequiū
mercedē habet:nec beneficiū gloriā:nec lau
dem fortitudo. Beniqꝫ nõ qui cepit:sed qui
perseueraverit vsqꝫ in finē saluus erit. Idē
in ser. Nõ vivit q̄ ſpbia inflaḳ:qui luxuria
inquinatur. qui ceteris quibuscunqꝫ inficitur
pestibus. qñ nõ est ꝟ viuere:sed magis vitā
cõfundere:⁊ appropinquare vsqꝫ ad portas
mortis. Bona aūt vita ego puto:⁊ mala pa
ti ⁊ bona facere:⁊ sic perseverare vsqꝫ ad
mortē. Sene. in epistola. Plus opis in eo
est vt ꝓposita custodias q̄ꝫ vt honesta ꝓpo-
nas. pseuerandū est ⁊ assiduo studio robur
addendū donec bona mens fit qõ bona vo-
luntas est.

¶ De temperantia.

Capitulum xxxv.

Rego. in moral. Jo qui preest ea le
¶ circa subditos mensura moderet:
quatenus ⁊ arideno timeri debeat
⁊ iratus amari. vt eum nec nimia leticia vilē
reddat:nec immoderata seueritas odiosum.
Idem. Nonnunq̄ dum nonulla mēti de
lectatio surripit temperantia nostra marcet.
inquantum enim ad delectationem ducimur
intantū minus ab illicitis temperamur. Jō
in omel. In talibus mentibus dominus pa-
scitur:que per respectum gratie temperate
corporalibus desideriis non vuntur. Idē
in regil. Romano ꝓ semp ab antiquioribus
vsus fuit post admixtionē ꝓprie coniugis la-
uari ⁊ purificationem querere. ⁊ ab ingres-
su ecclie paululum reuerenter abstinere.
Idem. Quotiens ira animū invadit:mē
tem edoma:vince teipm:differ tempus si ro
ris cum tranquilla mens fuerit quod placet
iudica. Idem in pastora. Cum non mali-
cia sed sola ignorantia vel infirmitate delin-
quitur:profecto necesse est vt magno mode
ramine ipsa delicti correptio tēperet. Au
gustinus de libero arbitrio. Temperātia est
afflictio coercens ⁊ cohibens appetitum ab

bis rebus que turpiter appetuntur. Idez de confess. De illecebra odorū non satago ni mis. cum absunt nō requiro: cum adsunt nō respuo semper ñ carere paratus. Idem de opere monachorum. Tanto gloriosius mens ad superiora promouetur: quanto diligentius ab inferioribus concupiscentia cohibetur. Idem de singularitate clericoz. Dice nunc temperantie modum qui per ll centiam queris excessum. ama feminas iter sacra solēnia: ⁊ odio habe in cōmunione priuata. Idem de moribus ecclesie. Omne officium temperantie est exuere veteré hominē: ⁊ in deo renouari. id est contēnere oēs corporeas illecebras: laudemoz populare. tonumoz amorem ad inuisibilia ⁊ diuina cōferre. Idem. Curiosi esse prohibemur: quod magne temperantie munus est. Isi. de sum. bo. Quicquid nimis ⁊ vltra moduz est: perniciosum sit studiumoz suū in contrarium vertit. In omni ergo opere modum ⁊ temperamentū oportet habere. Idem in syno. In omni re tene temperamentū: nihil intemperantius agas. ne minus: ne nimium aliquid ne vltra q̄z oportet. ne infra: etiam in bonis moderatum esse decet. Idez. Que cum temperantia fiunt salubria sunt. ⁊ bona queris etiam cum immoderato vsu noxia efficiuntur. Nimietas enim omnis in vicio deputatur. Berñ. de cōside. Nō est ipsa tia in solis reſecandis superfluis: est etiam in amittendis necessarijs. Tullius in rethо. Temperantia est rationis in libidinem atoz in alios non rectos impetus animi infirma ⁊ moderata dominatio. cuius partes continē tia: clementia. modestia.

¶ De continentia gustus.

Capitulum xxxvi.

Rego. in mora. Per abstinentiam
§ vicia sunt extinguenda: non caro. et tanto quisoz sibimet debet modera mine esse: vt ⁊ ad culpā caro nō superbiat ⁊ ñ ad effectū rectitudinis in ope subsistat.

Idem. Virtus abstinentie aut oino nulla est si ñ quisoz corpus suū nō edomat quan tū valet. aut valde inordinata est si corpus aterit plus q̄z ferre valet. Idem in pasto. Incassum per abstinentiā corpus atteritur si inordinatis dimissa motibus mens vitijs dissipatur. Idem in ome. Qui a paradisi gaudijs per cibū cecidimus: ad hec inquātū possumus p abstinentiā refurgamus Augustinus de p̄fes. Doc me docuisti dñe: vt quē admodū medicamēta: sic alimenta sumpturus accedā. sed cū ad quietē satietatis ex indigentie molestia transeo: in ipso transitu mihi insidiatur laqueus ꝑcupiscentie. Idē de bono ꝑuo. Ad hoc iusti cū opus est prāident. vt tanq̄z boni dñi qō bonū ⁊ iustum et equū est seruis suis. i. corporibus suis ꝑeāt.

Idē in ser. Jeiunij purgat menē: subiectat sensum carné spūi subijcit: eor facit cōri bulatum ⁊ humiliatum qō deus nō spernit.

Idem in li. de ieiunio sabba. Sicut qō ait apostolus verū est. malū est homini q p offensiōem manducat. ita malū est hoi qui per offensionē ieiunat. Joh. Chryso. sup iob. Indigentia sicut sanitatis ita delectationis ē mater. Idē sup mat. Qui ieiunat ⁊ peccat nō ad gloriā dei ieiunat: nec se humiliat: sed subtātie sue parcit. Idē. Per ieiunia cōfat. Infra lib. iiij. de ꝓmotione. Ambro. in hexam. Jeiuni hois spūs si serpens gustauerit mouit. Videos quanta vis ieiunij sit vt ex spūto suo ieiunuo hō terrenū serpentē interficiat. quanto magis ergo serpentē spūalē per ieiunij virtutē. Hiero. in epla. Docilis ac temperatus cibus ⁊ carni ⁊ aie vtilis est. Idē. Nōnulli pudicā vitā appetentes in medio itinere corruūt: dū solā abstinentiā carnis sufficere putāt ⁊ leguminibus onerant stomachū. Idē. Parcus cibus ⁊ vēter sp esuriēs triduanio ieiunijs ꝑferf. ⁊ nullo melius est quotidie parū q̄z raro satis sumere. Pluuia enim illa optima est: q̄ sensim descendit in terram. subitus aūt ⁊ nimius imber in ꝓceps arua subuertit. Isi. de sum. bo. Abstinēna ⁊ viuificat ⁊ occidit: viuificat

am ⁊ corpus necat. Idem. Jeiunia cuz opibus bonis deo acceptabilia sunt: qui a cibis abstinēt ⁊ p̄ua agunt demones imitant: quibus esca nō est: ⁊ nequitia sp adest. Idē Sperniē a deo ieiuniū qō in vesperę repletione ciboz reficit: neq̄z enim reputanda est abstinētia vbi fuerit ventris saturitas subsecuta. Berñ. in epla. Obseruandus est sumendi modus ⁊ tempus: cibi quantitas ⁊ q̄litas: fugienda quoq̄z sunt superflua ⁊ adulterina ꝑdimenta. Obseruandus est modus vt nō effundat qui ꝓmedit animā suā sup oēm cibum. Tempus ne antehorā. Qualitas q̄libus vtif cōmunitas fraternitas. excepta causa manifeste infirmitatis. Idem in sermo. Singula sola peccauit: ibla quoq̄z ieiunet: et sufficit. si vero peccauerunt ⁊ cetera mēbra quare non ieiunēt ⁊ ipsa. Jeiunet ergo oculus qui delectatus est animam. ieiunet auris: ieiunet lingua: ieiunet manus. ieiunet etiam anima ipsa: scilicet a propria voluntate. Jō Jeiunij nō solū est abolitio peccatoz: sed extirpatio viciōz. nec solum obtinet veniā: sed meretur ⁊ gratiam. nec solum delet peccata preterita que ꝓmisimus: sed etiā repellit futura que ꝓmittere poteramus.

¶ De continentia tactus.

Capitulum xxxvij.

Rego in moral'. Nulla sunt cetera
§ bona: si occulti iudicis oculis castitatis testimonio non approbantur.

Idem. Nulla est castitas carnis quā. non cōmendat suauitas mentis. Idem in pastora. Quos onus licitum coniugij non grauat: nec quaq̄z pondus illicitum terrene sollicitudinis premat. sed tanto eos paratiores dies vltima quanto expeditiores inueniat: ne quo melioza agere vacantes possint: sed tamen negligunt: eo supplicia deteriora mereantur. Idem in regil. Custodienda est munditia corporis in studijs bone actionis.

Ambro. de viduitate. Castitas solitudinē querit: pudica secretum: impudica conuentum. Idem in epi. Summa castitatis victoria est facultatum cupiditates vincere. q̄ lucri studium tentatio pudoris est. Aug. de virgi. Sicut nemo impudice vtitur corpore nisi spiritu ꝓuo concepta nequicia: ita nemo pudiciciam seruat in corpore nisi spiritui proprio insita castitate. Idē de eccle. doc. Melior est continentia nuptijs. sed non sibi sola sufficit ad beatitudinē nisi ꝓ solo amore pudicicie retineatur. sed etiā si cum affectu casa vacandi dño eligit: alioq̄n viuoz tium magis ꝓiugū videbit esse q̄z appetitus castitatis.

Idem de solit'. Quantū vtoz velis pingere atoz cumulare bonis oibus: nihil mihi tam fugiendū q̄z ꝓcubitū esse decreui. Nihil enim sentio qō magis ex arce virtutis ōjciat animū virilē. q̄z blandimenta femine cor poriq̄z ille ꝓtactus sine quo vxor haberi nō potest. Idē de ci. dei. Ita nō amittitur corporis sanctitas manēte animi sanctitate: etiaz corpore oppresso: sicut amittit. ⁊ corpis sanctitas violata anime sanctitate: etiā corpe itacto. Idē in epla. Quicquid in carne nec ꝓmisit nec ꝓmisit libido patientis: solius erit culpa facinoris: oiscz illa violentia nō pro corruptiōis turpitudine: sed p passiōis vulnere reputabit. Idē. Pudicicia. supra de consensu. Joh. Chry. sup mat. Oēs virtutes spūales res sunt angelice. scipue tñ castitas res est angelica. p hanc enim solū singulariē hoies āgelis similant: ⁊ vincit natura virtutibus. Idem. Alta est gloriosa ꝓtinētia: non quā transgredi nō pōt necessitas vel debilitas corporis: sz quā ꝓhibet voluntas sancti ꝓpositi. Hiero. in epla. Grandis virtutis est ⁊ sollicite diligētie superare ꝙ nata sis in carnem nō tñ carnaliter vivere. tecū pugnare q̄si dicit: ⁊ inclusum hostem argi vt fabule ferunt centū oculis obseruare. Idē. Magnus est pudicicie labor. sed maius est premiū tem porale custodia. sed remuneratio eterna.

Isi. de sum. bo. Amanda est pulcritudo castitatis: cuius degustata delectatio dulcior inuenitur q̄z carnis. Castitas enim fructus est suauitatis. pulcritudo inuiolata sanctorum.

castitas securitas mentis: sanitas corporis.

Idem. Me quaqꝫ in senectute. Infra lib. iiij. de certamine. Idem in ety. Cōtinens nō solū in castitate dicit: sed ⁊ in cibo ⁊ i potu: in ira quoqꝫ ⁊ vexatione mentis ⁊ detrahendi libidine. nā ꝓtinés dicit qꝫ se a multis abstineat. Cyprianus de. xij. abusi. Pudicicia nobiliū ornamentū est. Exaltatio būiliū. nobilitas ignobiliū: pulcritudo debilium: prosperitas laboriantiū: solamē mestorꝫ: augmentum oīo pulcritudinis: decus religiōis: rōfensio criminū. multiplicatio meritorꝫ: dei creatoris oīm amica. Berñ. in epla. Quid castitate decentius: que mūdū de immundo cōceptum semine. de hoste domesticū: angelū de nigꝫ de hoie facit. Differūt quidem inter se hō pudicus ⁊ angelus: sed felicitate: non virtute. nā etsi castitas illius felicior. huius tñ cognoscit esse sortior. Idem. Sola est castitas que in hoc mortalitatis ⁊ loco ⁊ tpe: statum quendā immortalis glorie representat.

Idē in ser. Cōtinendū est in veritate. quidam enim ꝓtinent ex necessitate nō habētes aut loci aut tpis aut instrumētorꝫ oportunitatē. qdā ex vanitate. ꝓpter favorem videlicet hoīm: vel aliqō tpale ꝓmodū. quidā ex veritate soli deo placere cupientes.

¶ De continentia visus.

Capitulum xxxviij.

Beatitudo eterna. Matth. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. De hoc precipue accipit qō hic dr. Lucet n incongrue de alijs accipi possit.
Dicit ergo. Adueniat regnum tuum. quasi dicat. Da nobis spiritum intellectus. quo mūdati corde intelligamus te in presenti regnare per fidem: vt in futuro videamus te regnare per speciem. t hoc est contra gulam. de qua dicitur. Vinum t ebrietas aufert cor.
Fiat voluntas tua
Petitio voluntatem dei fieri.
Bonum consilium
Virtus misericordia
Beatitudo misericordie consecutio
Vitium contra: quod auaricia.
Est voluntas dei ad
Creationem. pō. Omnia quecunqz voluit fecit
Gratificationē. i. Thes. iiij. Hec é volūtas dei sanctificatio vra.
Glorificationem. Joh. vi. Hec est voluntas patris mei q misit me. vt omnis qui videt filium t credit in eum habeat vitam eternam.
Est ergo voluntas dei
Creans
Gratificans. t de hac accipitur hic.
Glorificans
Dicit ergo. Fiat voluntas tua. quasi dicat. Da nobis spiritum consilij vt faciamus volūtatem tuam. maxime misericordiam: que perimit auariciam: quatenus misericordiam consequemur. Scōm illud. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sicut enim auaricia consistit in acquirendo t retinendo. ita misericordia in dando t dimittendo. Quid autem prodest sepius dicere. Fiat voluntas tua: t nolle iuuare. Vult deus apud te esse pauperes. vt per eos saluetis t corpore t anima. Cum enim defuerint vasa fletit oleum. Vos venitis voluntatem frangendo.
Panem no. q̄.
Petitio panem dari.
Bonum fortitudo
Virtus esuries iusticie
Beatitudo saturitas
Vitium contra: quod accidia.
Corporalis Gene. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo.
Sacramentalis. i. ad Chor. xi. Quicunqz manducauerit panē hūc

Est panis — ⁊ biberet calicem domini indigne ⁊c̄.

Eternalis. Jo. vi. Ego sū panis viu⁹ ⁊c̄. Et ille p̄cipue dr̄ sup̄subālis.

Hiero. Sup̄substātialis panis ē q̄ dicit. Ego sum panis viu⁹ ⁊c̄. Qui vz vniuersas superat creaturas. Licet aūt sunt multi panes mystici. De his tñ tribus exponūt doctores qđ hic dicitur. Uñ aug. Panis quotidianus dictus vel necessaria huius vite: vel sacramētum corp̄is xp̄i. Oportet ergo vt ꝯiūcte oīa ista tria accipiant. vt s. panē quotidianū petamus: simul ⁊ necessaria corp̄i: ⁊ sacramētū visibile: ⁊ inuisibile verbū dei. Unde de his tribus potest accipi quod dicitur Luce. xi. Amice cōmoda mihi tres panes.

Ergo — Primus panis est ad corp̄is sustentationem.
Scđs in via ad aīe refectionem.
Tertius in patria ad eternam fruitionem.

Dicit ergo. Panē nostrū sup̄substantialem ⁊c̄. q. d. da nobis sp̄m̄ fortitudinis: qui multiplici pane roborat animā: ne deficiamus in p̄nti: esuriēdo iusticiā: p̄ quam expellentes acidiam plena iusticia saturabimur in futuro. s̄m illud. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur.

Petitio dimitti debita
Donum scientia.
Dimitte nobis — Uirtus luctus
Debita nostra — Beatitudo consolatio
Uitium contra: quod inuidia.
Offense. Mat. xviij. Serue neq̄ omne debitum dimisi tibi.
Dimit. no. de. n. — Bone vite. Lu. xvij. Cū feceritis oīa q̄ p̄cepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus: qđ debuimus facere fecimus.
Est debitum — Pecunie. p̄uer. xxij. Noli eē cū his q̄ defigūt man⁹ suas. ⁊ q̄ vades se offerunt pro debitis. Agitur āt hic de debito offense nō pecunie. Debitū primū malum. secundum bonum. tertium indifferens.

Dicit ergo. dimitte nobis debita nostra: quasi dicat. Da nobis donū scientiam ⁊ virtutem luctum. quo tam nostra q̄ aliena peccata cogitemus ⁊ defleamus. vt nobis debita nostra dimittas. ⁊ ita consolationem habeamus aduersus inuidiam. que facit hominem de aieno bono tabescere. Unde versus. Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

Petitio non induci in tentationem
Donum pietas
Et ne nos inducas — Uirtus mansuetudo
in tentationem — Beatitudo possessio terre.
Uitium contra: quod ira
Irritationis. Exodi. xvij. Uocauit moyses nomē loci illius tētatio ꝓpter iurgium filioꝝ israel: ⁊ q̄ tentauerunt dominum dicentes. Est ne deus in nobis.
Et ne nos inducas — Probatōis. Jacobi. i. Btūs vir qui suffert tētationē Thobi. ij. Hāc tentationem iō p̄misit dñs euenire illi vt posteris daretur exemplum patientie eius sicut ⁊ sancti Job.
Est tentatio — Male persuasionis. Matth. iiij. Accedēs tētator dixit ei. Si filius dei es ⁊c̄. i. Chor. x. Fidelis deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis ⁊c̄. De hac tertia intelligitur p̄cipue quod dicitur hic.

Dicit ergo. Et ne nos inducas in tentationem. quasi dicat. Da nobis spiritum pietatis. ⁊ mansuetudinem spiritus: vt per spiritum pietatis vincamus tentationem exercendo nos ad pietatem. Et per mansuetudinem vincamus vicium iram: non reddendo malum ꝓ malo: vt ita beati possideamus terram viuentium. quam per spiritum pietatis ⁊ mansuetudinem obtineamus. Unde beati mites: quoniam ⁊c̄.

Petitio liberari a malo.
Donum timor.
Sed libera nos — Uirtus paupertas spiritus
a malo — Beatitudo regnum celorum.
Uitium contra: quod inanis gloria.
Sed libera — 1. Culpe. ad Roma. vi. Liberati a pcto. serui autem facti deo.
Est liberatio a malo — 2. Miserie. Ro. viij. Creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei.
3. Pene eterne. O see. xiij. De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos.

Dicit ergo. Sed libera nos ⁊c̄. quasi dicat. Da nobis spiritum timoris: vt p̄ spiritum timoris vincamus mala. per virtutem paupertatem spiritus bona adipiscamur. quatenus exclusis vicijs: ⁊ contemptis terrenis habeamus eterna. scilicet beatitudinem regni celorum. quod lucifer ⁊ primi parentes per vitium inanis glorie amiserunt.

Amen. Hiero. aut apud hebreos vnū ex tribus solet submitti — Amen, Salon, Sela — Significat. n. — Uere vel fideliter. Pacem. Semper.

Nota q̄ dici solet q̄ Amen q̄nq̄ tenetur — 1. Noīaliter. Apoca. iij. Hec dicit amen testis fidelis ⁊ verus q̄ est principium creature dei
2. Aduerbialiter. vt ibi. Amen amen dico vobis.
3. Uerbaliter. vt hic. Amē. i. omnia p̄edicta fiant nobis ex tua gratia.

Finit Pater noster.
Deo gratias.
Semper.



CReuerendissimo in dño patri ⁊ domino B. Juliano de Riuere. Ro. Se. episcopo Cardinali Sabinénsi sancti Petri ad vincula nuncupato. maiori penitentiario. ordinis minorum meritissimo protectori. benefactori suo benignissimo. Octauianus aduocatus eiusdem obseruantissimus.

Epertus mansuetudinez ⁊ comitatem animi tui. ac in me charitatem: ausus sum has meas qualescumqꝫ lugubrationes tibi dicare. qꝺ annotãdio vite cursu ⁊ miraculis Bonauenture iussu tuo curiosiꝰ exegi. quas ⁊ si sciam non eo artificio constare: aurdiendi ornatu splenderet: vt dignas lectione tua crediderim: vel ex ea dicatione ornamentum vllũ tibi accessurum. satis tamẽ materiam pro se sufficere intelligo ad detinendũ in sui lectione oculos atqꝫ animũ tuũ. qui pro singulari religione ac pietate qua beato Bonauenture astringeris. nihil libentius agitas aut dicitas: qꝺ qꝺ ad illius sancti viri celebritatem ⁊ laudem pertineat. in quo locupletissimum mihi testem meipsum habeo. qui secutus dignationem tuã: principes ⁊ populos occidentis ex aplica legatione petentem: incredibili quodam affectu ac desiderio vidi. T. B. teneri visendi sepulcri ipsius Bonauenture. quo ad lugdunum peruenissemus. vbi taz etñ regni precipui presules ⁊ satrapes etiam regio sanguine oriundi: quite regio imperio solẽni pompa prosequebant. instãtissime vrgerent celerius regem adeũdũ. ad qꝺ ipsi regijs litteris vrgebant. non tamen id prius extorquere potuerunt: qꝺ in salutando sancti sepulcro. ⁊ meritis veneratõibꝰ in ecclesia vbi quiescit pie persoluendis: diem integram cõtriuisses. Quis preterea tantum laboris pro tulit ad consequendam Bonauenture celebritatem. Quis precipuo studio proprio etiã ere curauit ad principes ⁊ exteras nationes nuncios mitti ad procuranda testimonia: atqꝫ instrumenta. quibus viri sanctitas patentius monstrari posset. Quis denicꝫ ipsi pontifici in hoc per se satis alioquin concitato: calcaria vgentiora addiderit: vt sepositis etiã aliarum magnarum rerũ molimínibus huic operi vacaret vnice. At si porro ex hoc munere honestari quempiam posse sperassem. nemo profecto erat cui magis id me debere intelligam qꝺ amplitudini tue: de me optime merite. a qua tot ornamentis ⁊ cõmendatione ipse essem honestatus. Te enim interueniente apud summum principem in publico consistorio. publico causas defendere ⁊ perorare licet. Tuo in me studio factum est: vt summꝰ princeps voluerit euocatum me sacro affatu hortari atqꝫ efficaciter mouere: vt te ad destinatum munus legationis proficiscentem sequerer. meisqꝫ officijs atqꝫ consilijs fide pro sequerer. Prestitisti rursus vt ex tam multis ⁊ claris preclaribus: qui tuo latere illustrabantur. nullus me officiorum claritate superaret. Tu mihi prestitisti: vt iter primos fidei ⁊ prudentie secretorum tuorum maxime participes existimarer. quem ad res arduas peragẽdas ac pertractandas cum illustrissimis principibus idoneum iudicareo ⁊ destinarem. Tu denicꝫ effecisti vt nouissime ex tot clarissimis collegis meis: vni mihi liceret rem tanti meriti consequi. vt in tanto conuentu. quid amplius dicere possim: in signia merita Bonauentura percenserem. Ubi absoluta oratione idem clementissimus pontifex me ample laudato: professus me vberrime satisfecisse muneri. apostolicam sedem ⁊ suam sanctitatem: minime vnqꝫ meis cõmodis ⁊ honestati defuturam: polliceretur. Jure igitur te quo possum officio prosequor. a quo tantum in me fauoris ⁊ ornamenti accedit: quantum nec vnqꝫ sperare: aut porro optare fas putassem. qꝺ si meorum cõmodorum in hoc ratio habenda erat: vt omittam quantum splendoris ac nominis: amplitudo tua sit allatura huic mee lugubrationi. quis te promouet operosius: fauet benigniꝰ: ornat amplius: donat largius. Nec tamen notã verebor qꝺ non magis ipsi pontificẽ in hoc delegerim. quo nemo religione: vite cursu: ac sanctimonia: litterarum disciplina. ⁊ rectissimis studijs coniunctior Bonauenture vnqꝫ fuit. Expauescit namqꝫ animꝰ: virum diuinũ: etiam sacro nectare eloquiorum Bonauenture plusum bis meis scriptis detinere. qui si tanẽ honestum duxisset: idem accepisse officium: certe ꝓ sua sapientia: ⁊ in te charitate. non iniocundum erit sue sanctitati nepotem eius charissimũ ⁊ familie sue decus. ea se beneficentia in sui cultores prestare. eoqꝫ fauore apud patruũ: terrarum deum: illis adesse: vt ipsi plane intelligant. quid in te prestiterunt tã grata mente ⁊ sua beatitudine susceptum: qꝺ si id sibi exibuissent. Accipe igitur pater ⁊ domine mi benignissime: officium meũ qualecumqꝫ. sed ab animo gratissimo ⁊ tibi deuotissimo profectum. te modo. cum scripta retegeris meminisse velim. ab illo annotata. qui fines patroni causarum excedere nesciat. que si vt cetera a me in te profecta officia: vt optorlaudaueris. etiam si. minus placuerint: erit laborum solatiũ. si. vero delectauerint: maximi premij loco habendum ducam.

Oratio in vitam ⁊ merita diui Bonauẽture. per insignem iuris vtriusqꝫ doctorẽ disertissimum Octauianũ de Martinis Suessanum: sacri palatij apostolici clarum aduocatum consistorialem.

Usticia suffragioũ B. P. ad qꝺ pontificẽ da desiderabar: herentem me concitauit ad indicti mihi muneris prouinciaz remota cunctatione capescendam. Necꝫ enim me alioquin fallebat: qꝺ arduum: qꝺ ve antepo munus obirem: postulare ex merito. Sanctum. Ro. se. decreto referri in ordinẽ siue catalogũ celestium: qui cũ christo regnãt auctorum. Idqꝫ in hoc tremendo auditorio sub aspectu sacri reuerendissimorum patrũ senatus: ac sapientum prelatorum ⁊ virorũ. quibus tua sanctitas celesti superꝫ dono: i sua maiestate sapiẽtissime presidet. vbi ri ego mõ qui i actõne causarum forensiũ: nostri secuti stilo versor. verum ⁊ alium quamlibet exercitatum: ac denicꝫ consummatum oratorem expauere quidem posse credendum sit. Nã p immortalem deum quis tam sapiens aut disertus quicꝫ a deo etimatum: aut. studiosa lugubratione excogitatum: hic proferat: quo maiestatem loci dicendo vel mediocriter equare possit. Quid porro tanto studio adinuentum: quod pretiosum ac tritum nõ fuerit apud tante sapientie patres. ac te ante alios sanctissime princeps. qui. cum. ex. multis iam annis diuinarum atqꝫ humanarum rerum. ac omnis denicꝫ philosophie scientiaz pleniſſime edideris. velut splendidissimuꝫ sidus in firmamento. in dei ecclesia ceteros illustrati. Aue quidem reuoluenti non leuez animo tremorem incussisse poterãt. atqꝫ ab hac actione qua nulla illustrior: penitus deho:tari: nisi. iusticia meritorum: vt premisseram: beati Bonauenture pro quo intercedimus: animum erexisset atqꝫ confirmasset. Accedebat preterea qꝺ princeps nõ propinquus pro religioso: aut indoctus pro litterato rogandus erat. sed tu profecto pater beatissime: qui diuinis obsequijs in beati Francisci religione: ex matris vtero celitus destinatus. in eadem omnipotenti deo religiosius seruiuisti. ac demum ad eius principatum singularibus tuis meritis vectus: illam sapienter ac salubriter gubernasti: auxisti atqꝫ amplisti. qui ve cum diuinorum mysteriorꝫ scientia: per traditiones patrũ sueris nactus. Tuz vero ex opibus eiusdẽ diui Bonauenture que diuino spirante lumine edidit: conditoris intelligentiam certissime comparasti. Ita tertianqꝫ par erat qui conditoris vices gesturus in terris. in illius mandatis commissum gregem oporteret erudire. necꝫ enim illius fauste quis vices gerit: quem non penitus.

nouit.neqz illius ponzo mandata recte alios edocet: que non prius luculenter edidicit Quare cum pro diuine sapiētie patre: ordinis minorum generali ministro episcopo cardinali Albanēn. intercessurus essem apud te beatissime pater. qui ijsdem meritis claruss: ijsdem ve officijs gloriose perfunctus eras. ⁊ proinde ad hoc opus tibi in hos vsqz dies diuinitus seruatū electus. nequaq̄ mihi verendum fuit: ne per insufficientiam tibi negligēter. qui etiam meritis fidelium pastor imbecillitati nostre clementissime compati dicicisti. Jamqz ego qui horzore quodā non sine titubatione occeperam. perspecto tamē q̄z benigno vultu ac clementi mtu audientiā indulgeas. erectus in spem meliorem. fiducior prosequor: tuiqz sacri affectus oraculo meas auribus illud prophetici insonare videtur. Dilata os tuum ⁊ ego implebo illud. Et rursus: Dabo tibi sermonem bene sonantem in os tuum: vt cōplaceas in ore principis. ac pium obsecro pari clementia velis sauere: vū diuino munimine adiutus: ac tuo benigno fauore firmatus: proferam que ad ipsius creditoris Bonauēture: ac huius sancte sedis laudem perpetuam cedere possint. Exoraturo a tua sanctitate. P. B. diui Bonauenture canonizatōnem ingens mihi studiū fuit: sacrazq; ⁊ pq; codices diligenti⁹ euoluere: ad dignoscendum quenam rei: de qua agimus conuenirent. Quibus quidem curiosius perspectis. quantum colligere potui. duo potissimum inspicienda. ac merito inquirenda fuisse intelligo. vtam scilicet ⁊ miracula. que si recitando monstrauerim. in hoc viro esse comperta qualia ad canonizatōnez sufficiant: tua sanctitas: cuius arbitrio id subijcitur: benigne dignabitur votis supplicātium respondere Et quoniam vite inuium. quod ex religione suscipio: miraculosum exi stit. nemo mihi vicio vertet. si vitam ante miracula relamrus: alterū cū altero recēsendo permisceam. Nec rursus mirabitur. q; quez admodum plerigz. cuiusp̄iam memoriam commendaturi. non ego primordijs natalib⁹ ac puericie diui Bonauenture insistam. aut eo altius a parentū dignitate exordiar. Prohibent namqz creba ⁊ darioza viri facinora. ab illo in statu perfectioni agitata. Nec tamen obmittam q; Bonauentura natione tuscus. patria balneo regius Johāne fidāza ⁊ Ritella fidelibus coniugibus ortus: baptismatis vnda resperstus. que ex Johanne medicine magistro: ⁊ felice Antbonij: qui ⁊ ipsi ab illis maioribus originem traxit atqz alijs testibus balneoreginis probe comperta sunt. Ceterum pretermissa longioze serie premissorum: vita inde exordium capit ⁊ vbi relicto mortalitatis statu: mundo moritur: ac omnipotenti deo: meritis beatissimi Francisci victimam se perpetuam dedicauit Gloriosus deus in sanctis suis. quos sibi ab eterno predestinauit erectos. ⁊ secundum necessitatem temporis. ad salutem humani generis producit in lucem. cum beatum Bonauenturam vas electionis sibi delegisset. ac suis obsequijs in religione sancti Francisci destinasset. quo tamen illius cōuersio: posset aliquando a deo disponente prosecta intelligi. ⁊ in illo sue maiestatis gloria reuelari: eundem in extrema valitudine periclitari permisit. Cuius saluti anxia sollicitudine timens charissima parens. vbi physicorum quos adhibuit diligentiam frustra experta est: ⁊ medelarum vires ad illum leuādum minus valere comperit. solius dei opem quem sancta timebat. ⁊ cui castos pueri mores: quos probe vt mater nouerat: intelligebat acceptos. humiliter in salutem pueri inuocauit. ac sancti Francisci suffragia reuerenter implorans: illum si sanum recuperaret: ipsius religioni perpetuo deuouit. Exaudita est p:o diuina clementia ⁊ sua reuerentia. ⁊ sanitate recuperata integer puer euasit. non sine admiratione physicorum. presertim qui cum statū corporis probe in illo deprehenderant: vt humana ope egrum leuari posse penitus desperassent. Idem iam adolescens. ac pro ro etate prouecta cum religioni maturum se ⁊ illi ex parentis voto debitum intelligeret. memorqz diuini mādati per Dauid propbe tam humano generi prolati. Vouete ⁊ reddite domino deo vestro. Anno sue etatis circiter secundo ⁊ vicesimo. habitū religionis sancti Frabcisci deuotissime suscepit. imqz p̄ sessionis emissione beneficium illius bis verbis aperte testatus est Voto enim pro me lāguente grauissime: ad beatum Franciscum emisso a matre: cum adhuc essem puerulus: ab ipsius sum mortis faucibus eruus. ⁊ in robur vite incolumis restitutus. quod cum vita memoria teneam: vera nunc confessione profiteor: ne tantum beneficium retiens: sceleris arguar vt ingratus. orationemqz ad illum pijssime his effundens. Accipe igitur P. beate qualemqz exiles meritisqz tuis ac beneficijs impares gratiarum actiones. ⁊ cū susceperis vota. culpas nostras sic oramdo ex causa. vt a malis presentibus eruas. ⁊ ad bona sempiterna perducas. Igitur vir sanctus in eadem vocatione progrediens. cum omnis ipsius vita in dei certa cognitione ac contemplatione versaretur. ad quam assequedam. per sacrarum scripturarum assiduam perlectionem: orationes ac contemplationes: intenderet. docente illum Alexandro de ales. sacre pagine magistro: tantam doctrinarum perfectionem bene adeptus est: vt a septimo sui ingressus anno. consono magistrorum ordinis iudicio: delectus. librum sententiarum in parisiensi vniuersitate clarissime legerit. ⁊ cathedram magistralem recepit. admirabilis proinde cunctis q; tam paruo spacio eam sufficiētiam valuerit comparare. Sed admirentur sane. qui res hūanas ex naturali tantum cursu: non autem ex diuina potentia metiur: tur. que duos discipulos litterarum prorsus ignaros: emaus oppidus contendentes breui itineris spacio comitata: diuinorum scientiam plenissime docuit. Idē diuus. dona sancti spiritus pro suis assiduis meritis consecutus: magna indies doctrine accremeta accipiebat. que magis diuinitus inspirata: q̄z humanitus acquisita videantur. Cuinqz per tres annos sequentes cathedram magistralem rexisset. Anno sue etatis secundo ⁊ tricesimo. inter primos religione ⁊ doctrina in ordine habebatur. Nanqz illi tanq̄z infinitus thesaurus scientia erat. quo qui vti sunt participes facti sunt amicicie dei Et quod notabilius ⁊ admirabilius erat: i illo: quo magis scientia ⁊ auctoritate emerserat. eo magis humilitate mentis deprimebatur. Nec ut plerigz litterarum scientia ifiati vilia ministeria domestica fastidiebat. sed qui vir nec nisi per obedientiam: egre tamē: ab illorum executione coercebatur. reputantibus prelatis indignum: si a talibus non vt egregius sequestraretur. in quo sancti spiritus gratia habitare perspicue cernebat. Nec tamen vir sancte: vlla d:aritatis officia ob litterarias actiones pretermittebat. sed in omnes fratres oculos intendens: si quem forte tristem: aut professionis penitentem intelligeret: tanta vultitudine in sermonem conuenie bat: consolabatur: monebat: ac cōfirmabat: vt nullus ab eo discederet: quin libens ceptū religionis iter prosequeretur. Infirmorū preterea cura supra q̄z credibile sit oblectabatur. quo ve gratioribus aut contagiosis morbis grauarentur: eo magis se totum illorum obsequio applicabat. Quibus officijs: cum maiorem diei partem absumeret: non eo minor erat in publicis lectionibus ⁊ interpretationibus scripturarum: que tanta claritate audientibus intelligenda reddebat: ut ipse auctor illorum merito videri posset. In capitulis vero: aut prouincialibus: aut generalibus: tanta sapientia ipsius responsa dabant. vt iam generalis minister: perspecta magnitudine consiliorum illius: nil omnino graue exequendum putaret in quo sancti viri iudicium non antea explorasset. Quibus dotis ⁊ gratijs illustrat⁹: cū iā i religiōe esset omni merito claruss: defuncto generali ministro: tredecimo ipsius ingressus anno: ex tam

ciatibus: aut generalibus: tāta sapientia ipsi⁹ responsa dabant: vt iā generalis minister p specta magnitudine ꝓfilioꝝ illius: nil oio grue exequendū putaret in quo sanctiviri iudicium non antea exploratsset. Quibus donis ⁊ gratijs illustratus: cū iam in religione esset oi merito clarus: defuncto generali ministro tredecimo ipsius ingressus āuo: ex tam multis sanctis viris quibus religio in sua nouitate floruit vnus omnium sine contradictiõe extitit subrogatus. Hic vir sanctus: accingens se grauioribus actionibus: cum iam religiosi cepissent a fundatoris disciplina paululum declinare: vbi monendo: instando: castigando: ac operosius laborando: ad melioris vite frugem reduxisset. In capitulo generali: quod primum narbon̄. tenuit. regulam beati Frācisci reformauit atq; exposuit. ordinemq; in prouincias ⁊ custodias taxauit ⁊ duas addidit. vbi strēnue decertās aduersus venenosas oppugnationes temeratoꝝ ⁊ obtrectatoꝝ: qui in religionem mendicātium: ac sanctum virum impudentius ora soluerant. atq; artificiosis calūnijs velitebantur. sola iusticia atq; innocentia tutus: permansit inuictus: tandē qui integer vite scelerisq; purus: non eget mauri iaculis: nec arcu: nec venenatis grauida sagittis fusce pharetra. Expertus fructus sanctorum monitorum magni Basilij diuini interpretis Homerici carminis: vbi virtutem pro meritis ad celum tollit: asserens poetam clara voce testatum. O homines sit vobis cura virtutis. que cum naufrago enatat: ⁊ eiectum in litore venerabilior ostendit. Vbi etiam libellum contra minores pernicios̄simuz: a magistro Giraldo de abbatis villa: vt putant p apologiam editum. non minus eloquenter: q; subtiliter confutauit. Qui etiam Giraldus non longe post iusto dei damnatus iudicio: meritas sui sceleris penas dedit. paralyticus ac miserandā lepra respersus: quib⁹ erumnis vitam finiuit. Congregato vero capitulo generali pisis̄eo auctore institutū. vt gloria tibi domine qui natus es de virgine. vsq; ad Epiphaniam continuaretur. eodem modo quo infra octauam natiuitatis dominice cantatur. ⁊ alie rubrice in breuiario reformate. ⁊ alie addite. Idem etiam pijssimus cultor gloriose virginis matris iesu instituit. vt fratres populum horta-rentur ad salutandum eandem: signo campane quod post completoriuz datur. quod creditum sit eandem eam hora ab angelo salutatam. Tunc translatum fuit venerabile corpus beati Antonij ad pregrandem ecclesiam paduanam. cuius lingua secundo ⁊ tricesimo sui obitus anno: recens ⁊ rubicūda reperta est. quam vir sanctus in manibus deuote recipiens. ac largissimis lachrymarū imbribus perfundēs. talibus reuerēter affatus est. O lingua benedicta: que deum semper benedixisti: ⁊ alios benedicere docuisti. nunc perspicue cernitur quanti meriti fueris apud deum. Cui oscula deuote figens: illam hōeste collocari curauit. Cuius etiam fama permotus pontifex tunc Clemens. iiij. vt illum in partem sollicitudinis traheret. opulēti Eboracēsi. ecclesie prefecit. nec tamen assē qui potuit: vt vir sanctus eam promotiōnem acceptaret. qui propositi constans: in religione maluit permanere: vbi diuitias ⁊ dignitates sibi procuraret in celis. Cuius constantiā pontifex admiratus ad illum: sta inquit in testamento tuo. ⁊ in illo colloquere. ⁊ in opere mandatorum tuorum veteraſce. Nunc vero se offert: numerosior cumulus diuinorum scriptorum ipsius. cum parisius legisset primum librum Geneſ nobile opus quod de septem visionibus Bonauenture intitulatur editum est. In libros sententiarum celebria commentaria edidit secundum ⁊ quartum presertim. quos etiam merrice extinit p secutus. Et incipiunt. O fons splendoris: vas vulcioris ⁊ amoris. Quibus ob sublime ingenium auctoris ibi insperssim: sententie sententiarum Bonauenture titulus inditus est. Super euangelijs cōpendiose ⁊ vtiliter scripsit. Luce presertim cancellarij pie matris iesu. quam pectori impressam assidua meditatione semper extinit veneratus. Rursus contemplatione sancti Ludouici regis francie: officiū de cruce deuotissimū edidit: quod ab ecclesia multe immunato receptū: in ea solemnitate vbiq; legitur. Composuit ⁊ solenne officium in honorem beati Francisci. ⁊. de ipsius vita historiam seriolo tractatu primum: ⁊ secundo reductoꝝ annotauit. Composuit ⁊ libellum de sex alis seraphin. In mōte Aluerne duo nobilia opuscula edidit pijssimas contemplationes flagrantia. quorum alterum itinerarium mentis in deuz ⁊ alterum in seipsum appellata sunt. Cōposuit ⁊ libellum approbatoriū religionis mendicantiū. quod defensorium appellant. Composuit ⁊ libellum de vita christi. siue meditationum passionum ipsius: quem arborem crucis nominant. Composuit ⁊ breuiloquiū. Item ⁊ sermones dominicales super euangelijs ⁊ epistolis per totum anni circulum. Item compendium veritatis sacre scripture Item libellum ordinationis siue institutionis nouicioꝝ. Item ⁊ libellus de stimulo amoris. Item ⁊ libellum quem appellant. pharetram in auctoritatibus principalibus doctorum approbatorum. quem per alphabetum extitit prosecut⁹. Et alia plura opuscula vsq; tricenarium numerum quę in partibus. galliarum frequentius habentur in manibus. Et cum beati Francisci religio: quam annis octo ⁊ decem sctō regimine gubernauit ipsius monitis ⁊ exemplis: in solidiori sanctitatis statu firmata esset: ⁊ viri claritas ob vite sanctitatem: doctrine eminentiam atq; operum diuinitatem: vbiq; elucesseret. Cum forte romana sedes plurimum laborabat difficultatibus: que in ocilio qō lugduni congregabatur inextricabiles emerserant. Greg⁹ tūc papa. xi. ⁊ reliqui⁹ sacer senatus: illecti studio viri: quem leuandis dictis difficultatibus: ac vniuersalis eccie regimini itelligebāt plīmū

prestiturum: atq; ob merita alioquin subleuandum in cardinalem: quamuis reluctanter promouerunt. ⁊ qō rarum ex ipso initio ob viri excellentiam ep̄m Albanen̄. Ad orq; p tractandis arduis rebus ꝓcilij. vnus omniū delectus est. deputatis qui illi assisterēt Rothomagensē: ⁊ Tripolitano claris episcopis illius temporis. qui ⁊ ipsi de religione sancti Francisci ad episcopatum ob meritum vocati fuerant. In quo concilio de multis illius sapientia sancte consultum atq; decretum. Ā grecorum cōfecte hereses. qui tum presente paleologo eoꝝ imperatore: quibus hoc lugdunum. venerant libere ad romane sedis obedientiam redierunt. Ad quorum reductionem missi fuerant frater Hieronymus de ꝓsculo. ⁊ frater bona gratia dalmata ordinis minorum religiosi eximij meriti. Quibus cū litteris reuerētialibus idem Gregorius: fratres ac prelatos qui in concilio aderant: in lugdunen̄. ecclesia conuocauit: vbi vir sanct⁹ preclaram habuit oratione: in proposito theumate quod legitur Baruch. vi. Exurge hierusalem ⁊ circumspice ad orientem. ⁊ vide collectos filios tuos ab oriente vsq; ad occidentem. Successisse in ea vocatione: patriarchatum: ⁊ operum fructu perseuerantes: cuz in dei ecclesia diutius laborasset: ita vt cum apostolo iure dicere posset. bonum certamē certaui: cursum consummaui. fidem seruaui. Anno salutis. Mcc. lxxiij. ⁊ sue etatis tercio ⁊ quinquagesimo: hora matutina octi domini. que mensis Julij erat tercia ⁊ decima ex humanis sublatus est: ⁊ sanctis patribus vt credere debemus eternum victurus redditus. Qua die ipsius venerabile corpus epulcro reconditur in ecclesia sancti Francisci lugdunen̄. cum multis lachrymis ⁊ ꝓternatione fratrum lamentantium se tāti viri solacio destitui. qui parem sibi in dei ecclesia relinquere non videbatur. Gregorio pontifice permaxime eum reputante: qui ibidez publice testatus est: ecclesiam dei illius mo-

te magnum incurrisse iacturā. In cuius exequijs primam missam celebrauit frater Petrus Tarantasien. episcopus: cardinalis Hostien. & sermonem habuit proposito themate Dolens super te mi frater Jonatha. Ubi inter cetera commendationes gratiarum & donorum: que illi deus dedit. etiam fuit q̄ quicunq; eum videbat: statim ipsius amore capiebatur: eiusq; monita libenter recipiebat. greci presertim: quibus reducendis ipsius diuina eloquia & consilia plurimum contulerunt. Benignus: affabilis: omnib⁹ gratus: & nulli unquam scandalo ppinquus: prudens: humilis: pudicus: sobrius: castus: atq; quietus. quarum virtutum actiones & officia semper strenue exiuit exercitus. Quod & si nullo alio probante doceremur: satis ex diuinis suis scriptis liquido patet. quibus tam intenso affectu singula premissa prosequitur: vt nisi per assumptum de illis habitum a deo ardenter illis inhiasset non valuisset. Tuz vero q̄ Alexandri de ales preceptoris ipsius testimonio mundus ab omni vicio probatus est qui eius vita & moribus probe compertis: de eo dicere solebat. Uerus israelita est iste. in quo Adam non peccasse videtur. Cuius doctoris auctoritatem tanti apud ecclesiam valuisse cōstat: vt de illius dictis aut scriptis: nephas putauerint dubitare. Consummatumq; omnes testati sunt diuinum oraculuz: per beatum Franciscum de illo editum futurum eum magnum virum in ecclesia dei religionemq; suam: magna per illum sanctitatis accrementa recepturum. Jam intelligio P. beatissime: quod & per te planius intelligebas: quis qualisve fuerit Bonaventura: de quo agimus. cuius vita & exemplis beati Francisci religio illustrata. & doctrina omnis terra repleta est. Nunc quid secundo loco aggredimur pari patientia audire digneris. dum refero que memoranda omnipotens deus in illo. & ipsius virtute in alio modo strare dignatus est. A re miranda exordior. Bonauentura adhuc in minoribus agens: demisse mentis humilitate potius q̄s ex iniustitia. pluribus diebus abstinuerat pereceptōe sacratissimi corporis christi veritus ne si illud indignus sumeret. iudicium sibi manducaret & biberet. Cumq; die quadam in missa deuotus adesset. deus respiciēs ad illius humilitatem eum particulam consecrate hostie: de manu celebrantis per angelum ceptam: illius ori clementer immisit. Respectu enim ad humilitatem serui sui: propter quaz beatus omnibus gentibus predicat. Rursus cum intenso affectu studeret. contemplando & annotando vitam beati Francisci. gloriosus sanctus Thomas de aquino: qui eadem tempestate meritis claruit. & Bonauenture magna charitate coniunctus fuit. accedens ad illius cubiculum: per foramen hostij illum introspexit in contemplatiōe raptū: & a terra mirifice sublenatum. Tum retrocedens. ad suos finamus inquit sanctum: qui laborat pro sancto. Simonis lugdunen. beatum Bonauenturam viuentem summa deuotione prosequabatur. que fiant domino placuit: mortuum peperit. Ad quam euocatus vir sanctus: exposito cadauere ante illius pedes: & mater que in lecto coram ingemiscebat. & reliquc mulieres que aderāt: sancti viri opem in salutem mortui deprecate sunt. Tum vir sanctus commiseratus: manibus atq; oculis erectis in celum: deuotissime oravit. Mox signo crucis super puerum facto: viuentem reddidit matri. Tritq; ac frequēs apud. lugdunen. castrum villanum. ac totam prouinciam: quod mulieres vtero laborantes inuocatus exaudit: & de periculo eximit. Johanna lugdunen. octo dies continuos vtero dissenta. atq; assiduo enixu parturiendi cruciata. desperauerat de salute: monita a mulieribus: que laboranti aderant: se sancti precibus & suffragijs cōmendauit certum votum pro salute recuperando faciens. & statiz incolumis incolumē peperit. Petrus filius Jo. aiuse capellerī: dextra tibia notabiliter claudus. ita vt quattuor membrib⁹ fine baculo nec ambulare. nec in vestigijs consistere posset. precibus voto & orationibus in sepulcro ipsius factis. ibidem nouenam facere cepit. & in fine ser dierum filius melius habere cepit: & infra nouem dies salutem omnimodam recuperauit. Eadem infirmitate simili egritudine liberatus filius Francisci massodi notarij lugdunen. Nobilis miles dominus Decorum de vincellis & de gromellis: pestilenti febre atritus & extenuatus erat. quem loquela: sensus & motus defuit. nūcq; extra salutis spē denunciauerat. Bartas de ferrarijs nobilis physicus. papyensis qui in illo omnia mortalitatis signa probe comperat. Ceterum religiosus quispiam aderat frater Basilinus biblicus conuentus sancti Francisci lugdunen. qui commouere cepit: que mira omnipotens deus per inuocationem dicti sancti operaretur. Et propterea illius opem in salutem morientis poscendam persuasit. Tum votiua inuocatione per cognatos & victum religiosum & certo voto pro illius salute ad beati Bonauenturam factō: qui moriturus videbatur statim sentire: mouere: loqui: & melius habere cepit. & breui salutem omnimodam recuperauit. Simili inuocatione de grauissima febribus liberati frater Johannes Benedicti ordinis sancti Francisci sacre pagine magister: Ludouica vxor Petri rouer. Gaspar da filia nobilis viri Petri Larionis de chamberiaco. Filius Richardi ridati. Soror ppinete vxor Claudij Pinolio. Anthonius catbalanus. Lanzelotus mercerius. Stephanus gennes chapelier. famulus Jo. adiusse de quartana. & frater Philippus laicetti. Francisca luem sine fomicaru in collo patiebatur. cuius igni sensim in reliquam corporis partem se propagabat & teneras puelle carnes misere vrebat atq; vorabat. super quam dolens Hilbertus Alerii infelix pater ad venerabile sepulchrum Bonauenture se contulit. illiusq; opē & suffragia in salutem filie deuotissime inuocauit. ac certū votum in hoc fecit. Mox donorum reuersus: extincto igne: sanam & liberam miraculose inuenit. Stephaneta relicta Johannes Bidiactis calu trabis oculum perdidit: graues dolores incurrit. & in periculum perdendi oculum deducta fuit. Commendauit se beato Bonauenture. adeq; illius sepulcrum virgunculam filiam cum cereo in imagine oculoz misit. Que reuersa: dolonibus liberata est. & breui integram oculorum sospitatem recuperauit. In qua & illud notabile. quod cum lugdunum pueniset religiosus dñs quidam predicator. vbi deus indicisset atq; populo q̄ quicūq; sciret aliquid de miraculis beati Bonauenture: eā sibi reuelare deberet. eadem Stephaneta que in suorum oculorum salutem & etiam inuocauerat auxilia gloriose virginis marie: per plera cuius beneficio sospitatem oculoz consecuta fuerat. aliquādiu detractauit dñō predicatori referre. Tum in grauiorem oculorum egritudinem incidit. mittensq; ei am filiam denuo vt antea fecerat ad idem sepulcrum: & facta oratione & voto miraculose extitit liberata. Tum suum reatum agnoscens: ad eundē p̄dicatorē accessit: & rei seriem omnimodā reuelauit. Simili inuocatione de oculorum & periculo oculorum liberati fuerunt Dionysius de foresta mercator. Claudia de piscaria. Claudius poleti corduenis. Margarita vxor Johannis petit textoris. Jo. adiusse filius. Jo. adiusse capellier dira paralysi repente percussus armis & femoribus & media sui corporis inferioris sensibus & parte debes factus cecidit. Cuius casum dolens pater: flexis genibus commendauit il-

lum beati Bonauenture. ⁊ statim qui ceciderat surrexit: loqui ⁊ melius habere cepit. Dunc imponentes eum lecticę: pater mater ⁊ Petrus alter filius vehexerunt eūdem ad sancti sepulcrum. quem ibidem sistentes: flexis genibus inuocauerunt beatum Bonauenturam. ⁊ factis certis orationibus ac votis sanum ⁊ liberum reduxerunt domum.

Eadem inuocatione de simili egritudine liberati Franciscus vauegnier. alias raul lon. Guillermus de blacena textor. Beatrix de bauline. Johanna relicta petri rolini. Margarita relicta Jo. de vault aurige.

Illustris vxor aurelianen. a potenti magne britannie fluę angle rege captiuus detinebatur. vbi veterem quartanam passus intensos capitis ⁊ renum dolores incurrit. destitutus omni humano opem beati Bonauenture deuotissime inuocauit. in illius suffragijs deuotissima sperauit. Et statim miraculose doloribus ⁊ egritudinibus liberatus in gallias infra diem exiit restitutus. Mox lugdunum petens: visitauit venerabile sancti sepulcrum. ⁊ oblationibus factis gratias deo ⁊ sancto pro acceptis beneficijs egit: ⁊ que per illius inuocationem fuerat consecutus religiosis dicti conuentus manifestauit.

Laqueda vxor Nicolai Colinecti lugdunensis. horrenda lepra respersa atq; in secta furia vitabilis iam diutius detractare nō poterat quin relicto tare cognatis ⁊ vbere miserabili consortio leprosorum se redderet. Que cum semper nomen beati Bonauenture deuote coluisset. ad illius sepulcra procubuit intensius precata vt misereretur sortis sue deuote: ⁊ oblatione ac voto factis mēbri atq; a lepra liberari obtinuit. Michael de Chel. alias de gennes. in cuius latus dextrum equus vehementi ictu validus calcem detorserat atq; impegerat. ita vt dua bus costis pene mortis: cum magno anhelitus impedimento: tres menses languidus iacuit. variisq; fomentis delinimentis ac cataplasmatibus frustra adhibitis. desperata salute commendauit se beato Bonauenture ⁊ certo voto in illius honorem facto de periculo exemptus ⁊ saluti extitit restitutus.

Simili inuocatione liberatus etiam de dolore costarum. Johannes michaelis de chenal seruiens curie lugdunen. ⁊ eadē Margarita Jo. petit que de celsicol edium parte delapsa ceciderat. Jo. garbot regius secretarius vxorem perpetuo languore tabidam siue hydropicam nullo medico immanime curare poterat. accessit ad venerabile sancti sepulcrum salutem coniugi: imo communem illi reuerenter cōmendans. ⁊ facto certo voto in honorem sancti: sanam ⁊ liberam domum reuersus extitit cōsecutus.

Jo. dusolier marescallus lugdunensis. patri ac marcāda tibia quatuor menses languidus iacuit. Cumq; cruciabiles dolores diutius perpeti non valeret: in sola tibie amputatione spem concepisset. Nocte sequente per quietem monitus commendauit se beato Bonauenture: atq; vxorem cum cerea imagine tibie ad illius sepulcrum deuotissime misit. Que reuersa doloribus penitus exemptus est: ⁊ salutem omnimodam breui recuperauit. Petrus moyer ligneum molendinum habebat in flumine rodano. qui affluenti aquarum colluuione elatus ⁊ auctus molendinum ipsum valida aliorum catena retinū violenter rapuit ⁊ in se ⁊ vorauit. Quo conspecto idem petrus ꝯ semper coluerat beatum Bonauenturam ad illius sepulcra confugit. ac prumbens reuerenter ꝓcatus est vt a sui duoto calamitosam iactura auerteret. Mox egressus: inconcussum molendinum ad alteram rodani ripam in litore iectum: ⁊ miraculose restitutum conspexit ⁊ recuperauit. Stephaneta mater predicti Francisci vauegnier: alias de roueson ide squilincia in extremis laborabat. Que allatū dñicum corpus: nec agnoscere nec recipe potuit. Ad egerrime ferēs Fracisc⁹ filij⁹: q probe matrem magna deuotione beatū Bonauenturā sēp coluisse. ad illius

venerabile sepulchrū cōfugit. deuotissime precatus ne sustineret sui deuotā sine salutis viatico vita decedere. Domū reuersus fidelissime speras in bto Bonauētura: coep⁹ oēm curā afferri curauit. Ad statā agnitū mr reuerenter recepit. Venerabilis religiosus pr Bndict⁹ de lulino ordinis. s. Antonij vicemen. procurator domus. s. Antonij lugd. cē suales libros domus amiserat. quos multa adhibita diligentia repire non valuit cū magno scādalo ⁊ detrimēto dom⁹. accessit ad venerabile sepulcrū bti Bonauēture: ⁊ ibidē accensis candelis ꝓmēdauit se eidē. ⁊ domū reuersus libros meruit inuenire. Pari inuocatiōe richardus ridani mercator amissa infra ꝓbatoria ⁊ alias res apothece valuit inuenire. Jndem ⁊ fr Petrus sabri res ad sui vsū deputatas amissas. Margarita gruelle vxor hugonis Francisci burgūdi cal zetarij habitatoris lugdun. intenso podagre dolore cruciabatur. Que cū ꝓbe nosset medicam artē i b paz valere: confugit ad inuocationē suffragioꝝ bti Bonauēture: ꝺgnicilaq; filiā: cū cerea pedis imagine: ad illius sepulcra reuerenter misit: ⁊ stati podagra extitit liberata. nec illa vnq; decetero grauata fuit. Eadē inuocatione liberata Catherina vxor Jo. textoris de hispania. Et filij⁹ magistri Fracisci massedi notarii. Margarita vxor bndicti garrini. filiū habuit i inguinibus ruptū ac vlceribus miser e putrescētem. Qui medica manu sectus: in deteriorē statū ac certū mortis periculū deductus fuit. Ad ingemiscens mr que spālius bti Bonauētura veneraba. ad illius sepulcrū reuerenter confugit. ibidēq; deuotissime precata ē vt sue orbitatis miseret: ⁊ noue nāq; in illius honorē facere cepit: ⁊ octaua die sanū ⁊ liberū ꝓcēmeruit. Petrus morget doliū vino plenū in cellariū inferēs: illius oneri ipar pssiuo succubuit. ei illo sup eū incūbēte quassatus fuit ac pene ꝓtritus. ꝓmendauit se bto Bonauēture: ⁊ saluté ꝓsequi meruit. Silī inuocatione liberata illius cognata: que casu spatulam ⁊ brachiū enormiter leserat. Sūt preterea ⁊ alij innumeri: qui meritis eiusdē scti de varijs doloribus: egritudinibus: ac pericul⁹ miraculose liberari meruerunt: quoꝝ singulos si recensere pergam: priū opi deficiēto potius q̄z vsui aut fastui dubie futur⁹ ero. Hoc īm loco nō ꝓmittā vt silentio transeam stupendū ac memorabile quiddā: qō oīpotens deus ad phibendū certū testimoniū sanctitatis viri in illius venerabili corpe ꝓ sua clemētia monstrare dignatus é. Dū idē venerabile corpus trāsferret ad nouā eccl̄am ad titulū sci Francisci lugduni erectam: centesimo ⁊ sexagesimo sui obitus āno. reliqua corpis pte alioquin exesa atq; consūta. caput īm solidū: capillamētū: cerebrū: labia: dentes: ⁊ linguā in nullo a vitali statu aut colore demutata repta sunt. Erat ꝓfecto diuine clementie: illud os a putrefactōe seruare: qō ad salutem fidelium atq; in diuis laudibus sp extitit opositum. nec dare scīm suū videre corruptionē. Extant ꝓterea crebra ⁊ memoranda beneficia que frequēter ꝓcives balneo regini ⁊ vibenetanis ꝓ inuocatōem eiusdē sancti meruerunt obtinere. de quib⁹ tā multis vnū aut pauo duo recēsere nō piget. Laodomia vibenetana filiā sarcina onerauerat domū. ac pinde Fracisco matthei nebieviro quodāmō inuisa: qui rei familiaris angustia ipar sarcine matrimonio abstinebat: de quo non nisi seminas ꝓpeat ꝓficisci. Eos cōiuges consolatus venerabilis religiosus minorum mgr Fracisc⁹ de aquapendente: qui illis admodum cultus erat: affirmauit se hīe documenta ex institutis scti Bonauēture: cū si moniti suscipent: masculinā prolem conseq̄rent. Auscultantibus vna mecum iquit votiuas effundite pces ad gliosum Bonauenturam: ⁊ pie sperētis assequi qō optatis. Qui pentes monitis: pauculis diēb⁹ gigne de pli opam indulserūt: ⁊ vxor grauida sca est: ⁊ statuto mense masculū pepit: cui nomē ex instituto eiusdē religiosi Bonauētura imposuerunt. laudātes deū ⁊ scīm in cuius vir

Oro ortaniam i vini ouente

tute mirabilia secum operatus est. Triennio post dum ea ciuitas Epidimie morbo atq; internicinio grauiter affligeret: domus omnis coniugum eo veneno respersa est: ⁊ filiabus omnibus extinctis: Bonauētura extra spem salutis constitutus: credebatur pari mortalitate iaz iā sorores secuturus. Qui etiam immundorum spūum presentanea instantia vexatus: nulla domus parte illorum persecutionem effugere poterat. clamitans īfelix succurrite gladio ⁊ fuste. hos spūs malignior es fugate. Parentibus p̄ talium afflictione ⁊ mesticia consternatis: atq; omni ꝓsus remedio destitutis subijt sancti recordatio: cuius munere filium fuerant consecuti. mox in spem adducti. illum hac prece precati sunt. Sancte gloriosissime: qui benignus nobis hunc filium procurasti: eadem benignitate prestes vt fugatis malignis spiritibus: a peste saluum retineamus. Et prece facta spiritus extorres exclusi: febris cessauit. ⁊ breui puer oīno ab egritudine saluus surrexit: cuz magna parentum ⁊ oīuz ciuium leticia. gaudentium q̄ ad superandas morborum ⁊ spirituum malignitates: defensoris tam validi presidio cognoscerent se munitos. Possem forte ineptus videri: si studens cepto p̄sequar diem absumere: recensendo miracula. quoruz relationi nec diem nec certe dies: sufficere satis scio. Sed quid vlterius exquirimus miracula. quasi vero Basilium magnum: Hieronymum. ⁊ Augustinum nostre fidei lucida sidera. Thomam aquinatez: ⁊ alios q̄z plures. quos ī dei ecclesia sanctos colimus: ob miracula: non autem ex diuinitate doctrine miremur ⁊ veneremur. Quos tamen sanctitatis testimonium: nō ex alio certius consecutos probe intelligimus: q̄z ex eorum cōmentarijs: que vt diuinitatis plena. non nisi per infusam scientiam poterant edidisse. ex quibus spiritum sanctum in eis habitasse verius comprobatur. Atsi porro miracula exigimus. non tā que per illuz ī alios: q̄z que in eo ipso apparuerint considerem⁹.

Si igitur diuum Bonauenturam ī suis operibus miraculosum iam constat. si infusam dono sancti spiritus obtinuisse sciam diuina illius ꝯmentaria profitentur. Si charitatis officia ardentius executum. Mundanos honores contempsisse. Affectus terrenorum abiecisse. In persecutionibus constātem mansisse. In beati Francisci ac vniuersali religione fructuosum extitisse. Si superna vocatione. vt paulum in sortem dñi miraculose conuersum. Si diuino beati Francisci p̄sagio sctm̄ predicatum. Si alexandri de ales doctoris irrefragabilis ipsius preceptoris sedula obseruatione sctm̄ comptuz ac iudicatum. Si religiosorum minorum voto q̄ sanctitate pollebant vt sanctior summus prelatus assumptus. Si romane sedis iudicio vt clarus meritis: ad vniuersalis ecclesie regimen profuturus ascitus. Si deniq; cōi oīum opinione fideliū sctūs tenet: ⁊ noīatur ⁊ colitur. Si benignus succurrit quotidie inuocantibus se. Poterat sanctitas tua etiam nullo petente. sancto: qd̄ vnum deerat publicos honores decernere: q̄zto magis id d̄bes celsorum principum votis. Accedunt pientissime preces serenissimorum ac clarissimoruz Frederici romanorum regis semper augusti. Ludouici francorum christianissimi. Ferdinandi Sicilie. ⁊ etiaz Matthie hungarie regum catholicorum. qui cum de republica christiana bene mereri sueti sint. digni certe videri debent. qui a sanctitate tua tā sanctaz rem impetrēt. Rogāt preterea illustres duces: ac populi: ac loco maximi muneris hoc petunt. Calabrie. Uenetiarum. Mediolani Sabbaudie ⁊ ducisse Calabrie ⁊ barbonij. Florentini. Senen̄. Perusini. Lugduneñ. ⁊ ciuitas balneoregij. que lz humilis sit: tñ clarissima ⁊ deo gratissima videri dz. cui contigit tantuz sidus producere. Rogat preterea istius ordinis reuerendissimorum patrū Jo. de Arogonia eiusdez serenissimi regis Ferdinandi illustris proles. que sanctos qui ī eo ordine claruerunt religiosius veneratur ⁊

[library stamp]